In ista Quarta historia ostẽdit vex anime medicine modum nõ esse i lege. Et tãgunt hic Tria. Primũ est Solutio legis in ope discipulox q̃ ad vnũ qõ p̃cipuũ esse reputabat legis mãdatũ. Secundũ est Orta ex hac solutõe disputatio. Tertiũ aũt ẽ Justicie. q̃ p fidẽ est sup̃ legẽ oñsio. Dic igit Prio Duo. Tpus et Factũ. De Tpe ot. [Et factũ est iterũ cũ dñs sabbatis ambularet p sata.] De hoc tñ nõ est q̃stio: qr Iter sabbati quo liber i sabbato poterat ambulare (al's ambulari) sicut dicit Lu.xxiij. Factũ autẽ subiũgit [z discipuli eius] Idem aũt 2tinet Lu.vj. z Mat. xij. Hic autẽ ꝟ ot [vellebãt] z hoc est q radicit' extraxerũt. Alij aũt dicũt q fricabãt: qr ad lfam tales p̃mitte p̃mo vellunt z postea fricant. Aliquãdo autẽ nisi reste. In calidis enĩ terris cito apparent quedã p̃coqua. Nec fuit istud factũ ex paupertate: cũ multi ministrauerint dño de facultatib̃ suis: Sed potĩ' sicut innuit in sequẽti capl'o: z sicut dicit Chryf. tanta fuit turbax freq̃ntia q tẽpus comedendi libex nõ habebãt. Et hoc innuit: qr p̃grediebant vt dño viã facerẽt ꝓter (al's per) turbas: sicut etiã Joãnes viã fecerat ad corda. Luce.j. Preibis enĩ añ faciem dñi parare vias eius [Pharisei autẽ dicebãt.] Orta est ex facto q̃stio. Etqr euidẽs est dicũt [Ecce quid faciũt] Et rephẽsionẽ addũt [quod nõ licz facere sabbatis] de quo dictũ est. Nullũ op' seruile faciet' in eo. Exo.xx. Leui.xxiij. Esa.lv. Si abstuleris a sabbato pedẽ tuũ facere voluntatẽ tuã in die sctõ meo: vocaberis sabbatũ delicatũ: z sanctũ domini gloriosum.

Et ait illis. Nũq̃ legistis q̃d fecerit Dauid qñ necessitatẽ habuit z esurijt ipse et qui cũ eo erãt: quõ introiuit in domum dei sub Abiathar principe sacerdotũ. z panes ꝓpositiõis mãducauit. quos nõ licebat mãducare nisi sacerdotib'. z dedit eis z qui cum eo erant. Et dicebat eis. Sabbatum ꝓpter hominẽ factũ est: z nõ hõ ꝓpt' sabbatũ. Itaqz dñs est filius homis etiaz sabbati

I Hic Trib̃ ratiõib̃ ostendit Justicia christi esse supra legem. A Causa videlicet: et Ratiõe ordinis: z Autoritate noui legislatoris. A Causa ei ostendit legem q̃ñq̃z esse solubilẽ. A Ratõne ordinis vo dicit legem homine esse inferiorẽ. Ab Autoritate legislatoris ostẽdit legẽ esse soluram. In ratiõe autem quam sumit a Causa Duo inducit

Lecitatis rephensionẽ. z Solubilitat' legis ostẽsionẽ. Dicit igitur [Nunq̃ legistis] ad intellectũ. Quasi di. Non studiose legistis. Quia sicut dicit. ij. Lozin. iij. Cum legit Moyses velamen ẽ positux super coz eox [quid] j. Regũ. xxij. [fecerit dauid] qui ꝓheta fuit z rex: habens autoritatẽ z inspiratiõem. j. Regũ. xxij. Quis in omib̃ sic Dauid fidelis inuentus est. j. Reg. xvj. et Act. xiij. Inuenĩ virũ fm coz meũ q̃ faciet oẽm volũtatem meã. Et ideo factum eius non est calumniandũ [qñ necessitatem habuit] Que est causa solubilitatis legis [et esuriit ipse] Et ne dicatur q ipe hoc potuit facere solus qui inspiratus fuit: subiungit [et qui cum eo erant] qui non erãt prophete. Et ideo etiam sacerdos ibidem non q̃sũ uit de dignitate Dauid: sed de idoneitate puerox. Dicens. Si mundi sunt pueri: maxime a mulieribus: manducent. A.d. Mirũ est q hoc nõ ad intellectũ legistis. Et inducit scp̃turam historie vbi hoc legit: dicens [quomõ intrauit in domũ dei] hoc est: in atrium interius vbi erant excubie sacerdotũ ministrantiũ in tabernaculo [sub Abiathar principe sacerdotũ] Alij euãgeliste dicunt: sub Abimelech. Ad quod dicit Chrysostom' q binomius fuit iste. Hieronym' autẽ dicit q pater fuit Abimelech quem interfecit Saul. Fili' autem Abiathar qui tunc in facto p̃sens fuit cum patre: et nominatioz fuit q̃ pater in agẽdis: z exulauit cum Dauid expulso. Et ideo meruit hic nominari. quia postea regnante Dauid ministrauit. et ideo nomen eius inducitur celebre: q sciat q illẽ nil fieri p̃misisset illicitũ. Et inducit factux dicẽs [Et panes propositionis mãducauit] De quibus Exodi. xxv. Et intelligit hoc factux fuisse in die sabbati. quia die sabbati auferebant ꝓposiri: et alij ponebant [quos] fm legem [non licebat edere nisi solis sacerdotibus] maioribus et leuitis. Et ne puretur solus hoc fecisse: subiungit [et dedit eis z.] Prius expositum est. Innuit autem ratiõem talem. Si propter necessitatem lex soluitur: constat legem esse solubilem, et sic male reprehenditis. j. Machab. ij. Fecit edicũ Mathathias vt pugnarent in die sabbati

K [Et dicebat eis] Secunda ratio est. quia ex q̃ [propter hominẽ est sabbatum] et non econuerso. ergo homo melioz est sabbato. Et sic conferens homini: p̃cipue in anima: propter sabbatux non est dimittẽdum. Et simile quid est de loco sancto. ij. Machab. v. Non gentem propter locũ: sed locum propter gentem elegit domin'. Propter ĩ factus est locus particeps malozũ populi: postea aũt fiet z bonozum [Itaqz dñs est] Tertia ratio est. Et est sensus. Exquo propter hominem factum est sabbatũ: et homo melioz est sabbato: tũc multo magis melioz est homo deus caput hominis sabbato: et sic est dominus sabbati. Bal. iij. Lex propter homies facta est: ordinata per angelos in manu mediatoris. Bal. iij. Jã non sumus sub pedagogo. hoc est sub lege. Sic igitur ostensum est quoniã Justicia non est ex lege: sed p christum qui est dominus legis, Et hoc est quod intendit.

Et introiuit iterũ in
e **synagogã. Et erat ibi hõ habẽs manũ aridã. et observabãt eum si sabbatis curaret: vt accusarent illum**

A Hic incipit agere de cura difficultatis bñ operandi. Et tãgit Duo. Primo cũ oñdit bui' gratie in se esse potestatem. Secundo aũt facit huius gr̃e in alios ꝓpagationem: vbi elegit mistros. Ad huc Prima bz Duas historias. In quax Prima hãc gr̃am in Se oñdit esse expresse in figura vni' Jn Scda aũt ostendit hoc Generali'r in mlt'. In Prima dicunt Tria. Scz. Pñtia miseri. Ostensio: p nouã gr̃az q̃ sup̃ legẽ est: bñficij. Tertio Exhibitio eiusdẽ. Dic igit [Et intrauit iterũ in synagogam] vt in loco solẽni doceret. Est ãt hec historia Mat. xij. et Luc. vj. [Et erat ibi] Ecce Pñtia miseri. Dicit aũt Hiero. de isto q in euangelio Nazareox legit q iste fuerat cemẽtari' furiosus: z q̃rulas voces p̃us emisit ad dñm: vt curaret eũ ne ignominiose cogeret mẽdicare: sic notauimus sup Mat. Et ex ist' vocib̃ pharisei nõ mouebant ad miscdiam: cecitati p inuidiaz. Significat aũt gen' hũanũ cui' potentia opandi aruerat eoq extenderat ipsam ad vetitũ: sic. iij. Regũ. xiij. man' Jeroboã aruit quã ꝓtra vix dei p̃cutiendũ extẽdit. Est etiã man' auaricie quã ad accipiendũ extendit cõtracta ad dandũ. Ecci. iiij. Nõ sit man' tua ad accipiendũ porrecta: et ad dandũ cõtracta Let obseruabant eũ] ipierate: nõ moti pietate in paupez: Jã obliti q ꝓbauerat se esse sup̃ sabbatũ: z sabbatũ ꝓter hoiem esse factũ: capl'o p̃cedẽti.

Et ait homi habenti manũ aridã. Surge in mediũ. Et dicit eis. Licet sabbatis benefacere: an male: animã saluaz facere: an pdere: At illi tacebant.

Bñficiũ h exponit: et ostendit esse cõcedendũ in sabbato. Tangit aũt Tria. Ostensionem miserie. Veritat' iudiciũ ex ratione. Et nõ valentib̃ respõdere: z cum inuidia pdurantib̃ christi sup̃ cecitate cordis eox compassionẽ. Et hec facile est subdiuidere. Dicit igit [Surge] Ad celestia te extendens vt dignus sis salute [in mediũ] vt oim̃ in te prouoces cõpassionis affectũ: vt pro te intercedant Et de illis querit iudicij veritatis rationẽ [Si licet sabbatis bene facere] Bñficium eñ nõ est seruile: sed libertatis opus. Heb. vi. Bñficentie z cõionis nolite obliuisci [An male] cum malũ sit p̃uatio non bñfacere cũ possit: z oportunuz sit esse malefacere. Prouer. iij. Noli phibere bñfacere eũ qui potest: sed si potes z ipse bñfac. et ẽ q̃stio generalis. Et subiũgit speciale [Aiam saluã facere] Prouer. iiij. Erue eos q ducunt ad mortẽ: z eos q trahunt ad interitũ liberare non cesses [An pdere:] Hoc ipo eñ pdũt cũ nõ iuuant cũ possint. Ezech. iij. Aiam ipi' de manu tua req̃rã: eoq non saluauit cũ potuit [At illi tacebãt] j. Reg. ij. Impij in tenebris cõticescent.

Et circũspiciens eos cũ ira contristatus sup̃ cecitate cordis eox: dicit homi: Extende manũ tuã. et extendit: et restituta ẽ man' illi

Tangit Cõpassionẽ cecitatis. Et tãgit Tres affect' dei. Scz: Prouidentiã p circũspectionẽ. Jrã p zelũ. z Propassionẽ cõtristãtiũ. Hec eñ fm humanũ affectũ oia in se habuit [sup̃ cecitatẽ cordis eox] Esa. xlij. Quis cecus nisi seruus me'. Esa. vj. Exceca coz populi hui': z aures ei' aggrava: z oculos ei' claude [Dicit homi] impẽdẽdo bñficiũ. Et tangunt Tria. Impẽsum bñficiũ. et Liuoris accensio in bñficium. et Eiusdez cauta declinatio: ne p (al's ꝓter) bñficiũ pateret maleficiũ. Dicit igit [Extende manũ] vt sicut extensa aruit p inobedientiã: ita extensa p obedientiã restituat'. Prouer. vi. Manũ suã aputit iopi: z palmas suas extẽdit ad paupem Et Attẽde q istuz curat verbo. Leprosũ aũt rectigit. q̃a nullã occasionẽ vult dare aduersario maledicti gr̃a. j. Timo. v. qr ñ erat phibitũ q̃n ĩ sabbato ꝓba dicerent. Ps. cxlviij. Ipse dixit z facta sũt [et extẽdit] laxatis nerus: indurat' z cõtract' [et restituta ẽ man' illius] Mat. xj. Claudi curant': leprosi mũdant'.

Exeũtes aũt statim pharisei cũ herodianis cõsiliũ faciebãt aduersus eũ: quõ eum pderent

B Ecce liuor in phariseis excitat' ex in cõtradicibili miraculo. Et ideo pharisei hypocrite cõciliãt sibi milites Herodis: eoq Herodes Joãnẽ p̃secut' fuit: et Joãnes chzo testimoniũ phibuit vt ex illo odio etiã Herodiani chzm p̃sequerent'. Cõciliat' g hypocrisis aptre violentie. Et hoc est qõ dicit historia. Ex modo aũt loq̃ndi tangunt' Quinq̃. A vero vicz lumiẽ recessus: cũ ot [Exeũtes] Jo. xiij. Exiuit 2tinuo. erat aũt nox. Scdo notat' Imper' p̃ceps in malũ: cũ ot [statim] Nõ eñ differebãt vsq̃z ad ani mitigationẽ. Tertio notat' q concilibãt sibi malos: cũ ot [cũ herodianis] Ps. xlix. Si videbas furẽ currebas cum eo: z cũ adulterij portionẽ tuã ponebas. Quarto notat' Malignitat' studiũ cum ot [cõsiliũ faciebant] Esa. viij Jni conciliũ: coge cõciliũ z dissipabit': loq̃mi vbũ et non fiet. Quinto notat' Nocumentũ cum dicit [Aduersus dñm ieſum] Glo. Mag̃ insania q̃ salute indigent: de nece saluatoris consiliantur. Matth. xxvj. Consilium fecerunt vt Jesum dolo tenerent et occiderent.

Et Jesus cum discipulis suis secessit ad mare

Hic ponit' Qualiter dñs subduxit se malis: ne b̃rent materiã malignandi. Et dicunt Duo. Scz Quo abijt: z Quo Fructu. Primũ notat cum ot

[Jesus aūt cū discipulis] Sic pastor cū grege. Joan.x. Cum ꝓprias oues emiserit: aīa eas vadit: z oues illū sequūt. [Prexit ad mare] Subduxit aūt se dñs Quattuor de causis. Ut scz discipulos se subducere doceret. Matt.x. Cum pseculi vos fuerint in vna ciuitate: fugite i aliā. Et Ut tēpus passionis nōdū impletū esse oīderet. Joā.vij. Nōdū venit hora mea. Et Ibidē Ths meū nōdū aduenit. Et Ut nō ibi sed in hierl'm futuraz suam passionē declararet. Lu.xiij. Non capit pire ꝓphetam ex hierusalē. Etquia adhuc Sacramenta p̄dicationis completa nō fuerunt. Lu.xiij. Ecce demonia eijcio z sanitates pficio hodie z cras: et tertia die cōsūmor. Ezech.iiij. Diem p anno dedi tibi Hodie ḡ z cras. hoc est: hoc anno z futuro: z tertio anno patiar. Perrexit aūt [ad mare] qz ꝑ cōgruit inquietis: quos vt in ipso requiē inuenirēt: vocauit. Esa.lvij. Cor impij q̄si mare feruens qō q̄escere non potest. In chō autē est q̄es. Matt.xj. Inuenietis reqem aniabꝫ vestris.

Et multa turba a Galilea z Judea secuta est eum: et ab hierosolymis z ab Jdumea z trans Jordanem et qui circa Tyrū z Sidonē: multitudo magna audiētes q̄ faciebat venerunt ad eum.

Ecce Fructus. Et tangunt Duo. Primo eīm septem gētes seqntes. Scō aūt causa sequendi. ibi [Audiētes q̄ faciebat] Sicut z Regina saba a finib' terre venit audire sapiam Salomōis. iij. Reg.x. Et l'fa est plana.

Et dixit iesus discipl'is suis vt in nauicula sibi deseruirent ꝓpter turbā ne cōprimerēt eū: Multos eīm sanabat: ita vt irruerent in eū vt illum tangerent.

Hic tangit Propagatio sanitatis in mlitudine. et Demonstrat virtus redēptoris esse sufficiēs ad omnes. Dicunt aūt Tria. Prio eīm Petit vsū nauicule vt ex illa ad lit' loquens doceret. Scō subiungit ostensionem virtutis tam sup spūs q̄ sup corp'. Et hoc est qō dixit [vt nauicula sibi deē.] Et in hoc veram ostēdit hūilitatē. Mat. aūt. xiij. vbi mare calcauit: ostēdit deitatis potestatem. Et subiungit causam [propter turbam ne eū cōprimerēt] Lu.viij. Turbe te compmūt. Et cause compssiōis iterꝫ subdit causam [Multos eīm saluabat] Indigentes eīm salute irruerūt in saluatorem. Nō sicut pharisei qui salute indigētes: saluatorem querebant interficere.

Quotquot habebant plagas: z spūs immūdi cum illum videbant ꝓcidebant ei: z clamabant dicentes. Tu es filij' dei. Et vehemēter cōminabat eis: ne mānifestarēt illū

Tāgit Virtutis ꝓpagatio. Et Tangunt Quattuor. Scz. Generalitas infirmorꝫ. Fides. Cult'. z Cōfessio. Et post hec q̄ttuor: ponit Doctrina humilitatis ex pte dñi. Et hoc est [Quotquot eīm habebant plagas] in corpe nocumenta. Esa.j. Ulnꝰ z liuor z plaga tumens nō est circūligata medicamine: neqz fota oleo [et spūs īmūdos] in mēte. Matth.xij. In digito dei eijcio demonia [cum illū videbant] visu fidei. Num.xxj. Qui aspexerit eū viuet. Lu.x. Bti oculi q̄ vident q̄ vos videtis. Non eīm intelligit de visu corpis simpl'r: sed de visu deitatis in carne saluatoris. Joan.xv. Qui videt me: videt z patrē meū [procidebāt] Ecce Cultus qui deo debet. Exo.xxx. Audierūt q̄ visitasset dñs filios israel: z nō despexisset afflictionē eorꝫ: et adorauerūt proni in terrā [Et clamabāt] Ecce Confessio inuita p demones: z voluntaria p homies. Et notat q̄ demones ꝓfecerūt experientia signorꝫ. Quē eīm supra Primo: dixerūt sanctum dei: mō filiū dei cōfitent. Sed adhuc nō pfecte nouerunt. Opinādo eīm dicūt qō dicūt. Phil'. ij. Omis lingua confiteat qz dñs Jesus chs in gloria est dei patris [Et vehementer] Doctrina ē Humilitatis. Causa eīm cōminationis est: qz demon non p̄dicat verū nisi vt intermisceat falsum. Et ꝑ non vult dñs. Sed cum verum falso miscetur: totum efficit falsum. quia in falsa significatōe verū inducit. Sicut null' ita leprosus ē quin in alia qua parte sanus videat: et tamen tot' leprosus iudicat: eoq̄ totū nutrimentū est corruptū

e Et ascendens in montē: vocauit ad se quos voluit ipse: et venerunt ad eum.

Hec historia tangit Lu.vj. et Matth.x. Inducitur aūt hic vt ostendat Ptās curationū spūalium a capite descēdere in mēbra Que sunt ministri Et ideo Duo hic inducunt. In Prio eīm ostendit Ptātis ꝓpagatio. et Scō ꝓbat q̄ est diuina ꝓtas in capite q̄ in membris. Et ideo Infra ōt. Filij vri in quo eijciunt: vt ostendat etiā apl'os in digito ōt demonia eijcere. In Prima aūt hax partiū tāgit Duo. Modū vicz vocatōis. z Noia vocatorum. Modus aūt vocatōis exp̄mit in Triby. In vocatōe: et Vocatorꝫ obedētia: et Vocatorꝫ nūero et officio. Hec eīm ad vnū referunt. qz Numer' est ꝓpter officia. Vocationis modus est in Quattuor Est eīm Ad alta: et Liber: et Imitatiu': et Deo acceptus. Primū notat cum ōt [Et ascendēs in montē] eminentis sctitatis. Esa.xl. Sup montem excellsum ascende tu q̄ euāgelizas sion. Scōm notat cum ōt [vocauit] libere. Non p̄cio: Nō prece Nec violētia coact': Nō sanguie induct'. Heb.v Nec q̄s q̄ sumit sibi honorē: sed q̄ vocat a deo tāq̄ aaron. Tertium notat cum ōt [ad se] Joan.xvij Ut vbi sum ego z illi sint mecū. j. Corꝫ.xj. Imitatores mei estote sicut z ego chri. Quartum notat cum dicit [quos voluit ipse] In quib' vicz fuit suū bnplacitū. Ps.cxlvj. Bnplacitū est dño super timentes eum: z in eis q̄ sperant sup misericordia eius. Rhom.xij. Probetis que sit voluntas

dei bona z beneplacens z pfecta [Et venerunt ad eum] Obedientia est. quia Cū vocamur ad magna: lz inuiti: tñ obedire tenemur. Uñ cū excusarent se Hiere.j. dicēs: A a a dñe ecce nescio loq̄ qz puer ego sum. tñ dño dicente: Noli dicere q̄a puer sum: qm̄ ad oia ad que mittā te ibis: et q̄ mādauero tibi loq̄ris: obediuit. Et simile fecit Moyses Exo.iij. et Esa.vj.

Et fecit vt essent duodecim cū illo: et vt mitteret eos p̄dicare. Et dedit illis potestatem curādi infirmitates: et eijciendi demonia

Tāgit Officia. Primo fm vl'em nūerꝫ. Scō fm officij actum. Tertio fm officiatorꝫ ptātem.

Dicit ḡ [Et fecit] statuendo [vt essent duodecim] qz patres veteris testamenti fuerūt duodecim. Et boues sub mari eneo (qō eccl'iaz significat) duodecim. Et stelle in corona spōse in celo duodecim Apoc.xij. Et sedes iudicantiuz duodecim Matth.xix. Et iudicandoꝫ nūer' duodecim Apocal.vj. Et porte ciuitatis duodecim Ez.vl. et Apoca.xxj. [Et vt mitteret eos p̄dicare] Rho.x. Quō p̄dicabūt nisi mittant'. Predicare aūt est officium Prelati. Docere ho est mgri. Et Predicatio est eorꝫ que sūt supra intellectū humanū: sicut supius est notatū. Est aūt hoc officiū non exercendū p alium. Act.vj. Nō est equū nos relinq̄re verbum z ministrare mensis. ij. Tim. iiij. Testificor coram deo q̄ iudicatur' est viuos z mortuos: z per aduentū ipsi' z regnū ipsi' p̄dica ꝓbū [Et dedit illis ptātem] Ecce Ministrorꝫ ptātem ostēdit a se in eos pfluere. Et est sup corpus z sup aiam. Et ideo dicit [curandi infirmitates] papue illas que sunt ex incēdio fomitis z ex inobedētia carnis ad spūm. Mar.vlt. Sup egros man' imponēt z bñ habebūt [et eijciēdi demonia] Aptate q̄ sup aiam. Mar.vl. In noie meo demonia eijciet. Esa.xj. Non nocebunt et non occident in vniuerso monte sctō meo: quia repleta est terra scia dñi.

Et imposuit Simōi nomē Petrus. et Jacobū Zebedei. z Joānem fratrem Jacobi. et imposuit eis nomia boanerges: quod est filij tonitrui.

[Et imposuit Simo. no. Petr'] qz agnitionē illā habuit sup quā fundat eccl'ia. Matthei xvj. Caro z sanguis nō reuelauit tibi. sed pr̄ me' q̄ est in celis. Et tangit ꝑ noia vocatorꝫ fm suas vocationes eis congruētia. Nomia aūt sunt duodecim. Quorꝫ Primi tres vt ōt glo. Hieronymi. ꝓpter sublime meritū ipsorꝫ in monte q̄ audiuerunt tonitruū patris de nube: vnū nomē in cōi acciptūt ꝓter specialia noia que aīa acceperunt. Et Primq̄dem: non tam in apl'atu q̄ in vicariuū christi et verticem apl'orꝫ vocat. Et hoc sua ostendit nominatio. Quia cum ꝓmo Simon: postea Petr' est vocat': Simon obediens vel deponēs tristiciam interp̄tat: Per obedētiā mādatorꝫ ad apicē venit apl'ice dignitatis. Exo.xxxiij. Oia q̄ locut' est dñs faciemus z erimus obedientes. Debre.xij. Obedientes erim' patri spirituū z viuemus. Hic tristiciam seculi que mortē operatur deponit: vt in letitia cordis z deuotiō se totū referat ad deū: dicens cū ps.xxxvj. Delectare i dño: z dabit tibi petitōes cordis tui. Itē Psal.lxxvj. Memor fui dei z delectatus sum. hoc est p letitiaz interiorē: q̄ est gaudiū in spūsctō: et p obedientiū mandatorū exteriorꝫ (al's exteriorē) Et hoc designat nomen Petr'. Uñ Beda. Sicut a chō lux mūdi vocant Apl'i: sic a chō petra: Simon vocat' est Petr'. Item Beda. Idē est grece vel latine petr' qō syriace cephas. Et hoc est idē qō rupes vel caput. Rupes q̄dē ꝓter fundamētū cōfessionis vitatis. Matth.xvj. Tu vocaberis petr': et sup hanc petrā edificabo ecclias meam. Caput aūt ꝓter vticē apl'ice dignitatis: qz vicarius est chri in terris. Uñ in Cant. v. dicit eccl'ia. Caput meū plenū est rore: z cincini mei guttis noctiū Ros eīm gratie chri in hoc capus in plenitudie potestatis descēdit: et gutte lucētes in nocte ignorātie huius mundi in sacra doctrina distillant a cincinis hoc est a doctoribꝫ z pl'atis: q̄ dependent ab hoc capite. Duos aūt suorꝫ secretorꝫ testes vocat z adiungit huic capiti [Jacobū Zebedei] hoc est Jacobū filiū Zebedei z [z Joā. fra.] eius dē [Jaco.] Qui cū Petro ad oia secreta deitatis dñi pre alijs quasi testes idonei adhibebant. Interp̄tat autem Jacob luctator. qz sp fuit in lucta vtutis z sapiētie. Eccli.lj. Colluctata est ania mea cū sapia. In glosa ōt Hiero. supplantata hz desideria carnis. Esau sanguine' dicit de ipso Beñ.xxvij. Juste vocatū ē nomē eius Jacob. Supl̄antauit eīm me en altera vice. qz In lucta vtutis: supplantauit in passionib' In lucta aūt vitatis supplantauit in erroribꝫ q̄s cōculcauit. Joannes aūt in quo est gratia interp̄tatur. quia dicit Hieronym': Hoc habuit p gratiam: quod alij per laborem. Duo autem habuit per gratiam. Scz. Christi dilectiōem. z Altissime vitatis agnitionem. Signum ꝓmi q̄ sibi christi' pre alijs matrē cōmendauit. et Dilectus discipulus specialiter est appellatus. Signum aūt Scōi q̄ in pectore dñi recubuit Joan.xxj. Hi duo: filij dicunt Zebedei. hoc est: donati vel dotati. q̄a fm spūm sunt filij christi speciales cui donatū est: z q̄ pre omnib' est dotat'. Beñ.xxiij. Oia que habuit dedit filio suo. Hi duo adiuncti sunt Petro in quo est plenitudo potestatis. quia pfectio virtutis in ope: et pfectio veritatis in contemplatiōe comitari debet plenitudinē ptātis. Hoc significatum est Exo.xvij. vbi manus Moysi sustentabant vr et Aaron. Aaron eīm mōtan' significabat pfectionem vtutis. Ur aūt ignis: sig̃t pfectionem ignite veritatis [et imposuit eis] duob' illis fratrib' Jacobo z Joāni [nomia] officijs eorum cōgruentia [boanerges] Et hoc exponit Euangelista: dicens [qō est filij tonitrui] quia adiuncti sūt summe potestati vt fulgurēt signis: z exemplis in virtute. z p̄dicatione tonent doctrinam in veritate. Ps.lxxvj. Vox tonitrui tui deus in rota. hoc est in scriptura. Job.xxxviij. Nunq̄d emittes fulgura z ibunt. et reuertentia dicent tibi: assumus. Isti

ergo duo tanq̃ in arce ⁊ p̃mates vocati sunt vt assistant ei in q̃ est plenitudo potestatis: Significati p duas colũnas q̃s Salomõ posuit ante ostiũ tẽpli Quaꝝ vnã vocauit firmitatẽ: et Alterã fortitudinẽ. Significanꝫ etiã p duas tubas de qbꝫ dicit Num.x. Fac tibi duas tubas ductiles argẽteas qbus possis cõuocare multitudines in die qñ mouenda sunt castra

Et Andream et Philippum et Bartholomeum.

Preinductis mutauit nomina tribus: Petro dans singulare: eoq; ipse singularꝭ est dignitatis ad quã vocat. Alijs aũt duobꝫ cõem dedit nominationẽ: Significãs q; dignitas eoꝝ q̃tus sit maior alijs: tñ est pluribus cõicabilis. Post hos aũt notat eos q̃ ad inferiores gradus Archiepoꝝ et Epoꝝ vocanꝫ in nouẽ gradibꝫ distribuit: docẽs nos: nouẽ esse attẽdẽda in Electõnibꝫ taliũ p̃latoꝝ Quoꝝ Tres p̃mi sumunꝫ fm statũ Innocentie: In qbꝫ pcti considerat imunitas. Qui sunt Andreas: Philippus: et Bartholomeꝰ. Hi eñ tres vocanꝫ ad aplatũ fm Tria q̃ exigunꝫ ad officiuꝫ Predicatõnis: sine oĩ impedimẽto cõtrarie dispositionis. Sũt aũt sex: sic distributa q; Duo sũt in Andrea: Duo in Philippo: et Duo in Bartholomeo. Duo in Andrea: sunt fm duas eius interp̃tationes. Interp̃tat eñ Virilis: et Rũdens pabulo. Ex hoc eñ q; virilis est: talis est q; auder resistere aduersario. Titj.j. Vt potes sit exhortari doctrina sana: et ꝓtradicẽtes reuincere. Ezech.xiij. in propat qbusdã dicens. Nõ ascẽdistis ex aduerso: nec opposuistꝭ vos murꝫ p domo israel. In hoc ãt q; Rũdens pabulo ꝟ: docemur q; ñ gratis debet comedere panem ecclesie.ij. Thes.iij. Neq; gratis manducauimꝰ panem apud vos. Ps̃.lxxx. Sumite psalmũ: hoc est spũalia: et date tympanũ: hoc est tpalia.j. Loꝝ.ix. Dñs ordinauit his q̃ euangelium annunciant: de euãgelio viuere. Et tales andreas in ecclesijs debemus eligere: qui et ecclesiarũ sint defensores: et de facultatibꝫ ecclesie non cõsumant: nisi ad necessitatẽ: vt ecclesias in spũalibꝫ edificent [et Philippũ] qui os lãpadis interp̃tat. Per lampadem: innuens ignitum lumen scientie diuine qd̃ resplendet ab ipso. Et per os eloquentiã (alꝰ eloquentie) docens qua (alꝰ qualꝰ) vniculq; verbis congruentibꝫ ⁊ similitudinibꝫ cõgruentibus possit apto sermone respondere. De Primo dicit Esa.lxij. Propter sion nõ tacebo: et propter hierusalem nõ quiescã: donec egrediat vt splendor iustus eius: et saluator eius velut lãpas accendat. Cantic.viij. Lãpades eiꝰ lãpades ignis atq; flãmaꝝ. De Secundo dicit in p̃s.xliij. Diffusa est gratia in labijs tuis. Cant.ij. Vox tua dulcis ⁊ facies tua decora. Nec eñ est vox dulcꝭ q̃ de lampadibꝫ omnẽ sordem vicioꝝ cõsumentibꝫ pcedit. Aliter eñ decepti: dicũt illud Ben.xxvij. Vox quidem vox Jacob est. sed manus: manus Esau

D sunt [et Bartholomeũ] qui filius suspendentis aquas interpretat. Et in hoc Duo notanꝫ. Aq̃ enim suspense differunt ab aquis deorsum fluentibus in Duobus. Quoꝝ Unum est Q̃ sunt alte. Secũdũ aũt Q̃ non sunt actu hũide sed quiete luminose celi spẽm p̃ferentes. Aque aũt sũt delectationes que in p̃lato alte esse debẽt vt celestes et diuine sint: et in nullo alio terreno delectet̃ dicens cum Dauid p̃s.xxxvij. Dñe añ te oẽ desideriũ meũ et gemitꝰ meus a te nõ est abscõditus. Et illud p̃s. lxxij. Quid eñ mihi est i celo. ⁊ a te quid volui super terrã. Et illõ Psal.xv. Delectationes in dextera tua vsq; in finem. Hi aũt delectatões fiũt pure ⁊ luminose: nihil cum ceca cõcupiã cõmune habentes. Esa.lxvj. Sugatis ⁊ repleamꝰ ab vberibꝫ consolatiõis eius: et oĩmodis delitijs affluatis ab oĩmoda gloria eius. Hec igit̃ sunt consideranda in officio Electi vel Eligendi

Et Mattheum ⁊ Thomã ⁊ Jacobum Alphei

Tangit h̃ Tres alios. In qbus docemur ea q̃ in Eligendo aliquãdo sunt tolerãda: dũmodo de p̃terito sint purgata. Et ideo in quolibet illorum Duo notanꝫ. Unum purgans. et Alterũ purgatũ Duo eñ notanꝫ in Mattheo. Quoꝝ Unum est purgans q; donatus est per gratiam. Alteꝝ autẽ q; illicitis lucris intendebat. Et hoc est purgatuꝫ. Matth.ix. Vidit Jesus hominẽ sedentẽ in telõneo Mattheum nomie. Hic eñ ipso facto illicita relinquens: et gratie adherens: dixit. Que mihi fuerũt lucra: hec arbitratus sum vt stercora: vt chrꝰstum lucrifacerem. Et ideo salua pace quorundã Non est obꝗciendũ Electo si aliquãdo illicita q̃ssuit: dũmodo nunc gratie dei se cõmiserit. Quãuis eñ dicat Eccli.xxxj. Beatus dives qui inuentus est sine macula: et qui post aurum non abijt: nec sperauit in thesaurꝭ pecunie: quis est hic ⁊ laudabimꝰ eum: fecit eñ mirabilia in vita sua: et Hic beatus est: qui q̃tuis aliquãdo maculam habuit quando post aurum abijt: tamen vt sine macula esset: aurum reliquit: et vnde abierat. ad gratiã rediuit. Et hic eñ est laudandus quia mirabilia fecit in vita sua: q̃ ille qui nunq̃ abijt. Sic Luc.xix. Zacheus p̃ceps publicanoꝝ et diues reduit: et illicita non retinuit: sed reddidit: et reliqua gratie dei se totum cõmittẽs pauperibus erogauit. Hoc ergo est dissimulandũ [et Thomã] qui ipso nomine duo importat. quia geminus siue dubiꝰ interpretatur et abyssus. Et significat Dubietas: ignorantiã siue dubitationẽ in intellectu circa veritatem Credendoꝝ: vel Sciendoꝝ: vel Faciendoꝝ: vel Appetendoꝝ. Abyssus autẽ: huius ignorantie vel dubitatiõis causam: scꝫ tenebras abyssi quia videlicet non pcedit dubitatio ex contemptu vel ex affectu: sed ex eo solum quia non est illuminatus. Genes.j. Tenebre erant super faciem abyssi. Nec abyssus a se lumẽ habere poterit; nisi desuper sibi ĩmittatur. Signum aũt huiꝰ abyssi est q̃a oblatum lumen facile recipit: nec contra obnitit p dispositiõem malã que in ipsa est. Sicut ⁊ Thomas ꝫ obscurus fuerit per dubitatiões detentus aliq̃ndiu: tamen lumen facile recepit: ⁊ tunc in eadem solida confessione pmansit. Heretici aũt lumini reluctantur: sicut dicit Job.xxiiij. Ipi fuerũt rebelles lumini: ⁊ ignorauerũt vias eius ⁊ nesciuerunt semitas eius. Et hoc fit per malam infidelitatis dispositionẽ que est in ipsis. ij. Corinth.iiij Deus huiꝰ seculi excecauit mentes infidelũ vt nõ fulgeat in eis illuminatio euangelij glorie chrꝰsti. Sic aũt Thomas nõ fuit abyssus ⁊ dubius: sed potius ex solo illuminatiõis defectu fuit dubius: et sine omni difficultate lumen paratus erat recipere. Taliter obscurus fuit Paulus qui.j. Tim. j. dixit. Misericordiã consecutus sum quia ignorans feci in incredulitate mea. Si quis igit̃ aliq̃n ex ignorantia huiusmodi dubitauerit: errata mẽ veritatem paratus recipe fuerit: non est excludẽdus a diuina electione. sed est erudiendus ⁊ eligẽdus hoc non obstante q; aliquando dubitauerit. quia hocipsum magꝭ eum cautum in alijs reddit. Sic ij. Corinth.xiij. dicit: q; deus qui dixit de tenebris lucem splendescere: illuxit in cordibus nostris ad illuminationẽ scientie claritatis dei in faciem chrꝰsti: sicut dicit Ephe.v. Eratis aliquando tenebre: nunc autẽ lux in domino: vt filij lucꝭ ambulate. Hac igitur dispensatione dominꝰ elegit Thomã [et Jacobum Alphei] Alpheꝰ aũt doctus vt fugitiuus interp̃tat. Jacobus aũt interp̃tatur lucratoꝝ. Et significat Duo. Quorũ Primũ est Doctum esse in lucra contra vicia. Et hoc est purgãs Secundũ aũt fugitiuũ esse. quia peccatis ppetratis aufugit per pniam. Et hoc est purgatũ. Propter quod non est qd̃ fecerit in p̃terito: dũmõ nũc aufugerit. Hebre.v. Non habemus pontificẽ qui non possit compati infirmitatibꝫ nostris: tentatũ autem per omnia pro similitudine absq; peccato. j. Loꝝ.vj. Nolite errare: neq; fornicarij: neq; idolis seruiẽtes: neq; adulteri: neq; molles: neq; masculoꝝ concubitores: neq; fures: neq; auari: neq; ebriosi: neq; maledici: neq; rapaces regnũ dei possidebunt. Sed hec aliq̃ndo q̃dem fuistis: sed abluti estis: sed sanctificati estis: sed iustificati estꝭ in nomine dñi nostri Jesu chrꝰsti et in spiritu dei nostri. Et ideo talia in Eligẽdo dũmodo alꝰ nũc bonus sit: sunt aliquando toleranda ⁊ dissimulãda. Sic ergo per hos tres significat quid in p̃teritis Negocijs: Ignorantijs: et Peccatis aliquando sit dissimulandũ in viris qui alꝰ viles sunt ad regimen animaꝝ. Hic autẽ attendendũ est (sicut dicit Hieronymꝰ) de Matthei Apostoli humilitate. Que in Duobus est. In Uno quidem: q; cũ Marcus h̃: et Lu.ix. in electione apostolici gradꝰ Mattheũ: Thome p̃ponunt. Ipe aũt se Matth. x. postponit eidem. Eccli.iij. Quanto magnꝰ es humilia te in omnibꝫ. Secundũ aũt est q; ipse se vocat publicanũ: a peccato qd̃ i negocio habuit. Alij autem simplicẽ ipsius exp̃munt nominationeꝫ q̃ gratiam libere innuit electionis. Quia sicut dicit Prouerb. xviij. Justus a principio accusator est sui. Est etiam aduertendũ q; Hieronymus dicit

K q; Jacob [Alphei] Qui et frater domini dicit̃ Propter similitudinẽ corporis ⁊ religionis: et Vicinitatem sanguinis. quia consobrinꝰ eius fuit quia Maria Alphei: soror matris dñi fuit Quã Joãnes.xix. Mariã cleophe dicit. Fortasse q; idẽ Alpheus ⁊ Cleophas binomꝰ fuit. Vel: quia defuncto Alpheo: post natum Jacobũ: cleophe nupsit. Jacob idem post resurrectionẽ domini: statim Hierosolymoꝝ ordiatur Episcopꝰ. Quia fm legem Si frater sine herede decessit: alius frater vxorem eiusdem ducere debuit: et suscitare semen defuncto fratri. Tres igitur isti in Tertio ordine: dictis de causis sunt vocati.

Et Taddeum et Simonẽ cananeum et Judã scarioth: qui ⁊ tradidit illum

Tangit h̃ eos qui in Quarto ordine sunt vocati. Et in illis instruit quid in Eligendis: fm p̃sentem iusticiam sit considerandũ: Significat autem Sexta q; Duo: in quolibet istorum. Taddeꝰ eñ corculus: hoc est cordis custos interpretatur. Innuit aũt q; in Eligendo: cõsideranda est Bona cõscientia. ij. Corinth.j. Gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre. Esaie.xxxv. Gloria libani data est ei. Libanus candidatio interpretat. ⁊ gꝰia libani est gloria candidate conscientie. Et hec pueniꝰ ex bona cordis custodia. Prouer.iiij. Omni custodia serua cor tuum: quia ex ipso vita procedit. Hic aũt qui cognomie dicitur corculus: vero nomine Judas vocabat: quod cõfitens ⁊ glorificãs interpretat̃ Et significat Eligẽdũ debere esse amicum veritatis et diuie laudis. Esa.lx. Bermẽ plãtationis mee opus manus mee ad glorificandũ [et Simonẽ cananeum] qui fuit natꝰ a Cana ciuitate galilee. Interp̃tat aũt simon: ponẽs tristiciam: eoq; in Eligendo: fm p̃ntem gratiam debet considerari q; lingua sua placabili scire debeat deponere tristiciam a cordibus subiectoꝝ. Esa. l. Dedit mihi dominus linguam eruditam vt sciam sustentare eũ qui lapsus est verbo. Sic tristiciam deposuit Paulus: qui dixit Phil.iiij. Gaudete in domino semp: iterũ dico gaudete: modestia vestra nota sit omnibꝫ hominibꝫ. Cananeus autẽ zelotes interp̃tat̃. quia in Eligendo considerãdũ est q; zelum legis habeat: et zelum aniaꝝ: Ut dicat: Zelus domus tue comedit me. j. Macha. iij. Phinees dum zelat legem accepit pactum sacerdotij sempiterni [et Judam scarioth qui tradidit eum] Jn quo notãtur Duo Quorũ Unũ fuit publicum: hoc est presens iusticia: que in nomine Jude importat̃. Et est id qd̃ in Eligendo est cõsiderandũ. Alterum aũt est occultum qd̃ importat̃ per scarioth: quod est vicus vnde ortꝰ fuit Judas Et memoria mortis interpretatur. Et hoc in corde diu meditatus fuit qualiter ad mortem dominũ traderet. et hoc tandem ad effectum pduxit Et ideo sequit̃ [qui tradidit illum] Sed quia nos occulta cordium scire non possumus: docuit nos dominꝰ q; nos occulta cordium in electionibus non discuteremus, Sed sufficeret q; eligamus talem quẽ aperta probatum reddit iusticia. Unde Hieronymꝰ in glo. Judas scarioth a vico in quo ortus est: de tribu Jsachar Qui merces interpretatur Ul: p̃cium scꝫ pditionis. Scarioth. i. memoria mortis. quia non repente sed p̃meditatus dominũ tradidit. Hinc prouide inter Apostolos eligitur. quia magna est vitas quam nec ad

miſter uerſarius miniſtri infirmat. Voluit dominus tradi a diſcipulo: Ut tu a ſocio proditus: moleſte nõ feras tuum erraſſe iudicium: tuum periſſe beneficium. Sic electus eſt Saul.j. Reg.ix. De quo dicitur q̃ erat electus: et bonus: et non erat vir de filijs iſrael melior illo. Ecrtamen poſtea fuit ſubuerſus: quam ſubuerſionem diu fuit premeditatus. Pſal.xxxv. Initiatez meditatus eſt in cubili ſuo aſtitit omni vie non bone: malicia aũt non odiuit Unde docens nos dominꝰ dicit.j. Reg.xvj. Nõ ſm faciem iudico. Non autẽ ſm faciẽ oportet iudicare. Unde Ibidem. Homines vident ea q̃ patent: deus autem intuetur cor. Et ideo etiam Apoſtoli Act.j. videntes in Juda proditore humanũ erraſſe iudicium: in Matthia ſubſtituẽdo per ſortes explorabant iudicium diuinum: quo eligendus manneret in ſorte apoſtolica ad quam Jude ſuccederet. Vi ergo Tres vltimi ſicut dictum eſt: ſm conſiderationẽ pſentis iuſticie ſunt electi. Primi ergo tres non tam ad gradum q̃ ad ſublimitatem regiminis diuini: ſunt electi: ſicut in veteri teſtamẽto Moyſes z Aaron et Ur: penes tria que ſunt in hierarchia diuina Que ſũt Plenitudo poteſtatis: et Plenitudo bonitatis: et Plenitudo ſapientie. Secundi aũt tres electi ſunt penes Tria que ſunt in prima hierarchia Angelica Que ſunt Feruor ignis diuini ad omnia miniſtrans virilitatem. Quia ſicut dicitur Cantic. viij. Fortis eſt vt mors dilectio. et Plenitudo ſcientie ſplendens in verbo: et Receptio regalis in omni materialitate ſicut in throno: in eo qui omnes appetitus z aḡs concupiſcentie ſuſpendit in altum. Tertij autem tres vocati ſunt penes Tria que ſunt in ſecunda hierarchia angelica Que ſunt Altitudo Dñationis Quã: Dignitas Nobilitatis ſupponit. et Diuitie pulcroruz et bonorum in decore altitudinis exaltant. z Non nutans (alꝭ Non cadere valẽs) fortitudo tenet ne cadat: ſcabellaribus conculcandis appropinquando. Et hoc attribuit Matheo Qui ſicut dicit Hieronymꝰ Et Talentorꝫ dominꝰ factus eſt diſtributor. Et Dignitatem regalem domini pre alijs deſcripſit. Virtutes aũt (quarũ eſt eſſe inuincibiles: ad omnẽ voluntatem dei pagendam) attribuunt Thome. quia confortatꝰ in domino nihil impoſſibile ſibi eſſe pro dño faciendum ꝓpoſuit. Jacobo aũt attribuunt Poteſtates que ſunt in eadem hierarchia. quia Poteſtatũ eſt arcere per limites diuinos omne contrariũ: et promouere bonum. Et hoc ſpe primus fecit ſm murmurationem que de conuerſione gentilium pmũ facta eſt Act.xv. Quarti autẽ tres ſumunt penes tertiam angelorũ hierarchiam in qua Principũ quidem eſt omnẽ actum referre ad legis cõgruentiam quod corculo attribuit. quia cuſtos cordis cuſtos eſt legis. Archangelorꝫ aũt eſt oẽm actum ad conſilium referre diuinum. Et hoc cõperit Simoni cananeo qui zelotes eſt vt in omnibus conſilium dei pficiatur. Judas autẽ in quo pſens tm conſiderata eſt iuſticia reſpondet Angelis: quorum officium eſt omnẽ actionẽ noſtram informare forma iuſticie et virtutis. Hec igitur ꝗ diligentius proſecuti ſumus. qz iſtas Apoſtolorꝫ vocationes ſup Mattheum pfũctorie tranſtuimus.

Et veniunt ad domum: et conuenit iterum turba ita vt non poſſet neqz panem mãducare. Et cũ audiſſent ſui: exierunt tenere eum Dicebant enim quoniã in furorẽ verſus eſt. Et ſcribe qui ab hieroſolymis deſcenderãt dicebant q̃niam beelzebub habet. etquia in principe demoniorum eijcit demonia.

M

Hic incipit pars illa in qua probatur q̃ hec poteſtas eſt diuia tam in capite q̃z in membris. Durat autem hec pars vſqz ad principium quarti capituli. Diuidit aũt in Tres partes In quarꝫ Prima oſtendit q̃ eſt diuina in capite: z nulli niſi deo poteſt attribui. In Secunda oſtenditur q̃ eſt diuina in opere: pdicatione: et effectu vbi. Et hec incipit in principio quarti capituli. In Tertia oſtẽditur q̃ eſt diuina in membris que ſunt miniſtri capitis et executores officij pdicationis: ibi [Munquid venit lucerna ꝛc.] Prima harum priuz diuidit in Tres. In quarũ Prima agitur de exceſſu poteſtatis tã in ſermone q̃z in opere. In Secunda aũt oſtendit q̃ iſte exceſſus eſt poteſtatis diuine: ibi [Et cõuocatis eis in parabolis dicebat.] In Tertia oſtendit: ab opere huiuſmodi poteſtatis non eſſe vacandũ ex aliqua carnali affectione: ibi [Et venit mater eius] In harum Prima Tria notant. Scilicz. Inſtantia querentium ſiue frequentantiũ. Simplicitas deuota diſcipulorꝫ. et Malicia obſeruantiũ ſcribarꝫ et phariſeorum. De Inſtantia frequentantiũ dicit Tria et innuit Quartũ. Quorũ Primũ eſt Q̃ ad locũ quietis dominꝰ veniẽs ab opere ſalutis noſtre nõ quieſcebat. Secundum eſt Q̃ ꝓter hoc mlti ad eum vndiqz conueniebãt. Tertiũ eſt Q̃ etiã auiditate operande ſalutis: operibus neceſſitati naturę debitis non indulgebat. Quartum quod innuit eſt Q̃ tam in ſermone q̃z in opere diuine poteſtatis exceſſum oſtendebat. Dicit igit [Et veniunt] et ipſe ſaluator et ſui [in domũ] ad q̃eſcendum poſt laborem actiõis. Sap. viij. Intrãs in domũ meam cõquieſcam cum illa ſcz ſapientia Non enim habet amaritudinẽ cõuiccus eius: neqz tedium conuiuatus illius. Ezech.iij. Ingredere et includere in medio domus tue. Sed nec ibi quieuit Saluator ab opere noſtre ſalutis. Et hoc eſt q̃ ſequit [Et conuenit iterum] ſicut extra domũ fecerat [turba] frequentantiũ et querentium tam anime q̃z corporis ſalutem. Eſa.ij. Ibunt populi multi: et dicent: Venite aſcendamus ad montem domini. et ad domum dei Jacob: et docebit nos de vijs ſuis: z ambulabimus in ſemitis eius [vt non poſſet manducare] quod tamẽ erat naturalis neceſſitatis. Hoc aũt factũ eſt propter nimiam turbarꝫ inſtantiã. Pſal.cj. Oblitus ſum comedere panem meum. Videns enim deſiderium ſalutis in turbis: vtilitatẽ hoim (propter quos venerat) neceſſitatib naturalibus ꝓpoſuit: refectus interius ſalute z fide deuotorꝫ. Joan.iiij. Ego cibum habeo manducare quẽ vos neſcitis. Et paulo poſt. Meus cibus eſt vt faciam voluntatẽ patris mei qui miſit me: et vt pficiam opus illiꝰ Tobie.xij. Ego cibo inuiſibili vtor. Propter quod dicit [vt non poſſent manducare panem] diſcipuli Qui adhuc animales exiſtẽtes: cibũ corporalem attenderunt. Quartũ autẽ quod innuit eſt Q̃ excitatus deuotione turbarũ: adeo exceſſit in ſermone z opere q̃ vltra homis facultatem tunc eſſe videbatur: et diuinum q̃dam micabat ab ipo Sicut z Paulꝰ dicebat.ij. Corinth.v. Siue mente excedimus deo: ſiue ſobrij ſumus vobis. Intelligit autẽ ꝗ diſſe turbis ea que Joan.viij. de corpore ſuo dixit Niſi manducaueritis carnẽ filij hominis z biberitis eius ſanguinẽ: nõ habebitis vitam in vobis. Qui furoris ſermo eſſe videbat carnalibus et anialib diſcipulis [Et cum audiſſent ſui diſcipuli] adhuc animales exiſtẽtes et intellectũ verborũ capere non valentes [exierũt de domo] ad turbas cum quibus ſtabat dominus [tenere eum] ex compaſſiõe carnali quam habebant ad ipſum. Non autem ideo tenebãt eũ ne ſibi aliquod malum inferrent: ſed potius ideo: ne diutius cum turbis manens: ſe nimis pdicando affligeret. ſicut Mar.vj.z Mat.ix.&z. et Lu. viij. Turbe te comprimunt. i. affligunt: et dicis: Quis me tetigit: [dicebant eũ] ſui diſcipuli: [qm̃ in furorẽ verſus eſt] Furorẽ autem vocant. quia ex zelo contra peccata moduz ire cuiuſdam oſtendit: et ex nimio deſiderio ſalutis aliorũ: corporalis ſue neceſſitatis videbat oblitus. Sic Act.xxvj. de Paulo dictum eſt: Inſanis Paule: multe littere ad inſaniam te induciunt. Sic.j. Re. xxj. Dauid vt ſuos ſaluaret: immutauit vultũ ſuum coram rege Achis: qui dixit. Vidiſtis hominem inſanum: cur adduxiſtis eum vt fureret coram nobis? Sic de propheta domini dicitur. iiij Reg.ix. Ad quid venit inſanus iſte ad te? Sic de domino dictum eſt Joan.x. Demonium habet et inſanit. vt quid eum auditis? [Et ſcribe] qui ab hieroſolymis deſcenderant ad obſeruandu eum: et omnia que dicebat (alꝭ docebat) et faciebat peruertebant [et dicebant] blaſphemantes eum [beelzebub habet] Quem vt dixim̃ Mat.xij. Principẽ eſſe putabãt aliorꝫ demonũ Unõ dicũt [In Beezebub principe demoniorꝫ eijcit demonia] Et ſic blaſphemantes: contrarie vtuti ea que diuine erant attribuerunt.

Et cõuocatis eis: in parabolis dicebat illis. Quomodo poteſt ſathanas ſathanam eijcere? Etſi regnum in ſe diuidatur: non poteſt ſtare regnum illud. Etſi domꝰ ſuper ſemetipſam diſpertiat: nõ poteſt domꝰ illa ſtare. Etſi ſathanas conſurrexerit in ſemetipſum: diſpertitus eſt: et non poterit ſtare: ſed finem habet. Nemo poteſt vaſa fortis ingreſſus in domũ diripere niſi prius fortem alliget: et tunc domum eius diripiet

N

Hic incipit oſtendere hoc q̃ dixerũt ſcribe blaſphemiam: Et hoc quod ipe dicebat z faciebat: nõ poſſe eſſe niſi a virtute diuina. Habet autem hec pars Duas particulas. In quarum Prima: Rationibus et Similitudinib oſtendit quod dictũ eſt. In Secunda autez deterrens eos de peccato blaſphemie: oſtendit irremiſſibilitatez ipſius. In Primo horꝫ Duo ſunt. In quorũ Primo Modum oſtendit probationis. Et in Secũdo Rationes pluaſiuas inducit. Dicit igitur et multa patientia z benignitate tolerans aduerſarios: et bonum contra malũ oponens [Cõuocãs eos] qui per inuidiam et iram diſpectum habentes cor intelligere veritatem non poterant. Nos conuocauit vt conuocati vno corde intelligerent que dicebanꝫ per rationem [in parabolis dicebat] Hic autem vocat parabolas ſermones per ſimilitudines rõnabiles explanatos. Pſal.lxxviij. Aperiam in parabolis os meum: loquar ꝓpoſitiones ab initio [Quomodo poteſt ſathanas] Tãgit Rationes ſimilitudinarias Tres. Quarꝫ Prima ſumit er ſimilitudine Regni in ſeipſum diuiſi. Sic q̃ omne regnum in cõtrarias poteſtates z voluntates z operationes diuiſum deſolabit. q̃a quod vna poteſtatũ precipit: altera inhibet. et q̃ vna edificat: altera deſtruit. Et in hac ratione ſub queſtione Primo ponit Concluſionem intentam dicẽs [Quomõ poteſt ſathanas] qui regnũ ſuum intendit conſtruere [ſathanam eijcere] Deinde ponit Medium iſtius rationis ſub conditione dicens [Etſi regnum ſathane in ſe] ꝗ eſt contra ſe [diuidat] per contrarias voluntates et poteſtates et opationes: ita q̃ vnus alium eijciat [non poteſt ſtare regnũ iſtud] ſed deſtruetur a ſeipſo. Deinde anteqz inferat Concluſionem: adducit Secundã rationem: per domus ſimilitudinem dicens [Etſi domus] q̃ntum ad familiam domus [ſup ſemetipſam] hoc eſt: contra ſemetipſam [diſpertiatur] hoc eſt diuidatur [non poterit domus illa ſtare] ſed diſſoluetur: ſicut z regnũ. Oſee.x. Diuiſum eſt cor eorum nunc interibunt. Omne enim vnum conſtruitur ex hoc q̃ ſue partes ex quibus componit: concorditer rendunt ad vnum. Etſi ille diſcordant et in diuerſa tendũt: neceſſe eſt q̃ diſſoluat. Hec igitur ſunt cauſa naturalis omnis diſſolutõis: vt in q̃rto De Celo z mũdo pbat. His duabus inductis ſimilitudinib inducit intentam Concluſionẽ dicens [Etſi ſathanas] in regno z domo ſua [conſurrexerit] vt contrarius [aduerſus ſemetipſum] hoc eſt aduerſus eum qui debet conſtruere regnum z domũ ſuam. quia Sic: aduerſus ſemetipſum dicit [diſpertitus eſt] hoc eſt

in contrarias volũtates et potestates et operationes diuisus [et] sicq; similitudines iductas [non poterit stare] in regno et domo sua [sed finez habebit] per dissolutionem. Matth.xij. Omne regnum in se diuisum desolabitur: et domus supra domũ cadet. Eccli.xxviij. Unus edificans: et alter destruens: que vtilitas in vtrisq;? Bala.ij. Si ea que destruxi iterum reedificio: preuaricatorem me cõstituo. [Nemo potest] Tertia ratio est: que supponit oppositũ Conclusionis antecedentiũ rationum. Supponit eñ ex antecedentib; Q̃ sathanas in sathanã non est diuisus. et ideo non est virtus sathane que diripit regnum z domuz sathane. et Oportet q̃ sit fortior virtus q̃z sit virtus sathane. et Oportet q̃ sit. quia [Nemo potest] in naturalib; virtutibus et humanis [ingressus] violenter [in domum] fort̃ [vasa fortis] que pacifice possedit: a possessione fortis: in contrarios vsus [rapere] contra voluntatem illius fortis qui ea que possederat sibi attrahere [nisi prius] sua fortitudine [fortem] qui domũ et vasa possederat [alliget] priuata vel diminuta potestate: quam prius in domo et vasis habebat [et tunc] illo sic alligato [domum eius] hoc est familiam: et vasa domus eius in quibus cõfidebat [diripiet] ad suos vsus. Sic ergo nemo potest sathanam fortem de quo dicitur Job.xli. Nõ est potestas super terram que illi possit comparari: q̃ factus est vt nullum timeret. Hunc inquam fortem nemo potest de domo sua: et vasis: hoc ẽ corporibus eijcere: nisi fortior illo sit: et alliget eum: prius ablata sibi potestate. Matth.xij. Lu.xj. Dum fortis armatus custodit atrium suum: in pace sũt omnia que possidet. Si autem fortior illo supueniens alligauerit fortem: intrabit in domum fortis: et omnia vasa eius distribuet in quibus confidebat. Et sic fecit dominꝰ fortior diabolo per diuinam virtutem: Intrauit per gratiam in domũ sathane tam in mũdo q̃z in inferno: et distribuit sanctis: et patri deo omnia vasa que sathan possederat. et hoc non potuit fieri in virtute sathane: sed in virtute diuina. Esaie.xlix. Equidem z a fortis tollitur preda: et quod ablatum est a robusto saluabitur. Sic ergo in beelzebub que (alꝭ qui) est virtus sathane non eijcio demonia: sed potius in fortiori virtute et contraria sathane Que est: demonstratio virtutis diuine. Matthei.xij. Si in digito dei eijcio demonia: profecto peruenit in vos regnuz dei. Exo.viij. Digitus dei est hic. hoc est demõstratio virtutis diuine.

Amẽ dico vobis quoniã omnia dimittent̃ filijs hominuz peccata et blasphemie quibus blasphemauerunt. Qui aũt blasphemauerit in spiritũsanctũ non habet remissionẽ in eternuz: sed reus erit eterni delicti: quoniã dicebant: spiritum immundũ habet.

Tangit ꝗ huius blasphemie (quam in eum faciebant) aggrauationẽ. Fuit autẽ hec: Impugnatio veritatis agnite. Per rationem eñ naturalem cognouerunt q̃ virtus christi qua expulit demones: fuit virtus diuina. ettamẽ hanc per solam inuidiam gratie chri impugnabant z virtuti demonis attribuebant z blasphemabant. quia diabolo: quod dei erat: attribuebant. et ex inuidẽtia gratie christi: veritatem quam per rõnem agnouerãt impugnabãt. Et ideo peccatũ illud grauissimum fuit. Et ideo exaggerat ꝗ grauitatẽ peccati illius.

Si de hoc mundo esset regnum meũ: ministri mei
vtiq; decertarent vt non traderer tibi. Et ideo etiã
ad huic accusationi Pilatus nõ multum insiste/
bat. quia Nec exercitum videbat. Nec pecunias.
Nec tumultũ concitauit contra potestatem Rho
manorum. Et ideo cito destitit etiam ab hac accu/
satione. Precipue quia audierat id quod dicitur
Joannis. vj. q̃ cum venirẽt ⁊ caperent eum in re/
gem: fugit ⁊ abscondit se in monte [Et accusa/
bant eum summi sacerdotes] qui pre ceteris
instabant ad mortem eius. Luc. Vicesimosecũdo
Stabant autem ⁊ pontifices constanter accusan
tes eum [in multis] que tamen rationez non ha/
bebãt. quia nulla fuerũt. Psal. Centesimooctauo.
Os peccatoris ⁊ dolosi super me apertum est. Lo
cuti sunt aduersum me lingua dolosa: ⁊ sermoni/
bus odij circundederunt me: ⁊ expugnauerunt
me gratis [Pilatus autem] volens inuestiga/
re causam [interrogauit eum] iesum [dicẽs]
Job Vicesimonono. Causam quam nesciebam
diligentissime inuestigabam [Non respondes
quicq̃; Acsi dicat. Respõdendo te statim defen/
deres. Quia licet multa sint: tamen friuola sunt
que tibi obijciuntur. Matth. Vicesimoseptimo.
Nihil rñdes ad ea q̃ isti aduersum te testificantur

Et hoc est quod sequitur. [Vides in quantis
te accusant.] Acsi dicat. Nulla sunt que dicũt:
simplici responsione excludes eos. Unde Glo. Et
inuitus condemnat Jesum: causam referens ĩ po
pulum Judeorum. [Jesus autem nihil am/
plius respondit] Glosa. Ne crimen diluens: a
preside dimitteretur. ⁊ sic crucis vtilitas differre
tur. Esaie. liij. Sicut agnus coram tondente se: sic
sine voce ẽ. [Ita vt miraretur Pilatus] Cau
sa ammiratõnis fuit innocentia domini: qui vno
verbo poterat omnes exufflare accusatiões: ⁊ non
fecit: Quam tamen innocentiã Judei non conside
rauerunt. Esaie. lvij. Non cõsideraſti in corde tuo
dicens: quia ego tacens et quasi nõ videns. Psal.
xxxviij. Posui ori meo custodiam: cum cõsisteret
peccator aduersum me ommutui et silui a bonis
Dedit enim nobis exemplũ: Ut coraz iudice corã
quo preualet iniquitas nihil respondeamus.

Per diem autẽ festũ solebat di mittere illis vnum ex vinctis quẽ cunq; petissent

Hic incipit Pilatus querere occasionẽ liberati
onis. quia vidit esse innocentem. Dicuntur autez
hic Quinq;. Sc;. Bone consuetudinis obserua/
tio. Dimissionis innocentis domini ad dimissio/
nẽ sediciosi collatio. Populoru; a pontificib⁹ ad
dimittendum latronẽ concitatio. Pilati de causa
condemnatõnis domini inquisitio. ⁊ Populi ad
crucifigendum dominum conclamatio. Et hec pla
na sunt in littera. Dicit igitur [Per diem au
tem festum] pasche: quod precipuum erat a/
pud iudeos [dimittere solebat] Pilatus [vi/
num ex vinctis] sine discretione meritorũ [quẽ
cunq; petissent] in memoriã eius q̃ tunc omis
ab egyptiaca seruitute fuerunt liberati. Esaie. lviij
Dissolue colligationes impietatis: et omne onus
dirumpe. dimitte eos qui confracti sunt liberos.
Psal. cvj. Contrinit portas ereas et vectes ferre/
os confregit: suscepit eos de via iniquitatis eoru;
Esaie. xlv. Portas ereas conterã: ⁊ vectes ferreos
confringam. In memoriã ergo huius consuetu/
do hec inualuit.

Erat autem qui dicebatur Barra bas: qui cũ seditiosis erat vinct⁹: qui in seditõne fecerat homicidiũ Et cum ascendisset turba: cepit ro gare sicut semp faciebat illis.

Hic ponitur domini ad latronem collatio. Di/
cuntur autem hic Tria. Malicie latronis exagge
ratio. Populi fm consuetam obseruationẽ instã
petitio. Liberationis domini ad liberationẽ latro
nis collatio Dicit igit̃ [Per diem autem fe/
stũ] vel [solennem] quia duplex est ibi littera: p
pter facti eternam memoriã. Exodi. xij. Legitimũ
sempiternum erit vobis in cunctis generationib⁹
vestris [dimittere] pilatus [solebat vnu; ex
vinctis] publicis [quẽcunq; petissent] sine
discretione meritorum: quod tamen maluth fuit
quia innocens magis debuit q̃ nocens liberari
Dan. xiij. Innocentẽ ⁊ iustũ ne interficias [Erat
autem] Ecce Sceler⁹ in latrone vincero exaggera
tio. ⁊ hoc est [Erat autem qui dicebat barra
bas] Binomius erat, propter scelera. Dicebatur enĩ
barrabas p duo r. i. filius magistri: eo q̃ erat imi/
tator magistri omniũ latronum. Dicebatur ⁊ bara
bas per vnam r. quia filius patris latronum erat.
Et b̃ nomen antonomastice sortitus fuerat Mar.
xxvij. Propter homicidium ⁊ seditionem quaz fe/
cerat in ciuitate missus fuerat in carcerem. Et hoc
est [qui cum sediciosis] quia inter ciues discor
dias suscitabat [vinctus erat] ne pac⁹ semp vni
tatem violaret [qui in seditione fecerat ho/
micidium] ⁊ sic ciuem ciuitatis occiderat. vnde
merito tota debuit cõmoueri ciuitas Nos enim ⁊
tales etiam gentilis rex Asuerus sine misericordia
precepit trucidari Hester. xiiij. Ut nefarij homies
ad inferos descendentes reddant imperio nostro
pacem quam turbauerant. Iste ergo fm leges gẽ/
tium nullo modo putabatur esse liberandus. ma
xime cum dicatur Exod. xxij. Maleficos non pati
eris viuere [Et cum ascendisset turba] ad di/
em festum. Et est petitio Q; teneatur ab antiquo
obseruata consuetudo [cepit rogare] pilatum
q̃ faceret [sicut sp̃ faciebat] hoc est: sicut sp̃ con/
suetus fuerat facere [illis] in dimittendo vnum
vinctum. Consuetudo enĩ honestam vim tenet iuris
⁊ legum: que est ex prescriptione temporis obser/
uata Hiere. vj. Interrogate de semitis antiquis
que sit via bona ⁊ ambulate in ea.

Pilatus autem respõdit eis et di xit Vultis dimittam vobis regez iudeorum? Sciebat enĩ q̃ per invi diam tradidissent eu; summi sacer dotes. Pontifices autem concita uerunt turbam: vt magis barrabã dimitteret eis.

Hic fit a Pilato Dimissiõis domini ad dimissi
onem sediciosi latronis collatio [Vultis dimit
tam vobis] hoc est: ad honorez festi [regem iu
deorum] hoc est: quem in nullo accusatis nisi q̃
sit rex iudeorum. Quod tamen fatuum est. qz nul
lus a paratus regius apparet in ipo. Et sic dicitur
Joan. xix. Direrunt Regem non habemus nisi ce
sarem [Sciebat enĩ pi. q̃ per inuidiã] quia
in potestate docebat ⁊ faciebat miracula. ⁊ euacua
bat traditiones eoru; [tradidissent eum] Nec
est fera pessima que filiu; magne patriarche deuo
rauit Genes. xxxvij. Fera pessima deuorauit filiu;
meum Joseph Sap. ij. Inuidia diaboli mors in/
trauit in orbem terrarum. imitantur autem illum
qui sunt ex parte illius [Summi autem sacer
dotes] qui circa sacrificia templi officia habebãt
[⁊ pontifices] Annas ⁊ Caiphas apũ quos sũ
ma negociorum agebatur [concitauerũt tur/
bam] Persuasionibus et Minis et Promis/
sis [vt magis Barrabam] homicidam se/

ditiosum z latronē dimitteret eis ad solennitatis
honorez. Hiere.ij. Duo mala fecit populus me⁹:
me dereliquerunt fontē aque viue. z fecerunt sibi
cisternas dissipatas: cōtinere nō valentes aquas.
Nullum enim refrigerium fuit in dimissione la-
tronum: sed potius multum damnum. Danielis
xiij. Nunc venerunt peccata tua que operabaris
prius: iudicans iudicia iniusta, innocentes opp-
mens: et dimittens noxios.

Pilatus autem iterū respondens ait illis. Quid ergo vultis faciam regi iudeorum? At illi iterum clamauerunt: Crucifige eū

Hic fit de Causa condemnatōis a Pilato In-
quisitio [Quid ergo vultis faciam regi iu-
deorum?] in quo nihil cause inuenio. Joannis
xix. Ego nullam causam mortis inuenio in eo. j.
Petri.ij. Qui peccatū nō fecit. nec inuentus est do
lus in lingua eius. [At illi] persuasi a malignis
[clamauerūt] vt clamore vincerent: qui de ver
tate nihil objcere habebāt [Crucifige eum.] vt
morte multaret: et cruce turparet: ne aliqua de ce-
tero fama esset de eo. Sapiētie.ij. Morte turpissi
ma cōdemnemus eum. Hieremie.xj. Mittamus
lignū in panem eius. z eradamus eum de terra vi
uentium. z nomen ei⁹ non memoret amplius.

Pilat⁹ vero dicebat illis. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant. Crucifige eum

Et hic (als hec) est innocētie domini declaratio.
Et hoc est [Quid enim mali fecit] Glo. quod
dicendo: Jesum tanq̄ innocentez absoluit. Unde
Joānis.xix. Ego nullā causam mortis inuenio in
eo. [At illi magis] hoc est: inualescendo [cla-
mabant] clamore z nō veritate cōfidentes [Cru
cifige eum] Hieremie. xij. Quasi leo in silua fa-
cta est hereditas mea mihi: dedit contra me voces
suam. Esaie.v. Expectaui vt facerent iudiciū: z ec-
ce clamor. Glosa. insanie sue satisfacientes: nō inter
rogationi satisfacientes presidis. Luce.xxiij. At il-
li instabant vocibus magnis: postulātes vt cruci
figeretur: z inualescebant voces eorū.

Pilatus autem volens satisfacere populo: dimisit illis Barrabam: et tradidit Jesum flagellis cesum vt crucifigeretur

Hic incipit pars illa Que est de Sententia cō-
demnationis. Dicuntur autem hic Tria. Scilicz
Malum ad Sententiā (als factum) inductiūs.
Peius: ex electiōe duorum preoptatum. et Pessi-
mum Innocentis z puniti homicidiū. Et hec di-
cuntur Primo. Secundo autē describitur christi
illusio. Dicit igitur [Pilatus autē] ambitio-
sus nolens amittere principatum [volens] volū
tate placēdi [satisfacere populo] insano. Ps.
liij. Confusi sunt qui hominib placent: quoniam
deus spreuit illos. Galath.j. Si adhuc hominib
placerem: christi seru⁹ non essem [dimisit illis]
sicut peius elegerunt [barrabam] flagitiosum.
Prouerbiorū.j. Que nolui elegistis: ego quoq; in
interitu vestro ridebo: z subsannabo cum vobis.
quod timebatis aduenerit [et tradidit eis Je-
sum] innocentem [flagellis cesum] Ut vel sic
penis eius satiati: non peterent eum crucifigi [vt
crucifigeret] post tot oprobria z flagella. Esai.
Quinq̄gesimoseptimo. Just⁹ perit z non est q̄ re-
cogitet in corde suo. viri misericordie colliguntur:
z non est qui intelligat. a facie iniquitatis subla-
tus est iustus.

Milites autem duxerunt eum in atrium pretorij: et cōuocant totam cohortem: et induunt eū purpura: et imponūt ei plectētes spineam coronam: et ceperunt salutare eum. Aue rex iudeorū. Et percutiebant caput eius arundine: et conspuebant eum: et ponentes genua adorabant eum

Hic incipit pars illa In qua christi continetur
Illusio. Sunt autem Quinq; quibus illuditur.
Scilicet. Purpura. Corona. Arundine. Sputo.
z Adoratione. Que per ordinē in littera continen-
tur. Dicit igitur [Milites autem] qui semp
ad omne facinus proni fuerunt pro pecunia. Hi
enim ad hoc conducti fuerunt. Unde etiam z Jo-
annes baptista q̄a talibus cessent violentijs. Lu-
ce.iij. dixit militibus. Neminem concutiatis ne-
q̄ calumniam faciatis. z contenti estote stipendijs
vestris. Hi ergo milites: satellites sathane: conde-
mnatuz [duxerunt eum] Jesum [intro in a-
trium] tanq̄ in aulam regiam [pretorij] Ubi
sedebat preses z senat⁹: vt omnes tali interessent
spectaculo. j. Corinthiorum.iiij. Spectaculum fa
cti sumus mundo: z angelis z hominibus [z cō-
uocant totam cohortem] vt sicut mortis: ita
omnes participes fiāt illusionis. Psalm. Omēs
qui videbant me: aspernabant me [et induunt
eum purpura] in illusionem. Quia obiectum
fuit ei q̄ fecerat se regem. Esa. Sexagesimotertio.
Quare rubrum est indumentum tuum: z vesti-
menta tua sicut calcantium in torculari. Hoc cum
mirantes patiētiam domini clamabāt angeli.
Ettamen q̄uis ignoran
tes z inimici fuerint: ta
men induunt eum pur-
pura: mysterium regni
celestis significātes. qd
incepit per christum: cu-
us vestis purpura: fuit
vest⁹ hūana: sanguie re-
dempto nis pfusa. Esa.
lxiij. zc.
Ettamen q̄uis ignorā-
tes z inuiti: mysterium
boc est regni celest⁹. qd
incepit per christuz: cui⁹
purpura: fuit vest⁹ hu-
mana: sanguine redem-
ptōnis pfusa. Esai. lxiij.
Quis est iste qui venit
de edom tincris vestib
ō bosra. Iste formosus
in stola sua. Cantic. vij.

Come capitis tui sicut purpura regis vincta ca-
nalibus. hoc dicit ō ecclesia cuius mens caput est
Come dependentes sunt cogitatōnes z affectus. e
q̄bus comis nūq̄ sepat hec purpura sic rubricata
Ecclesiastici. xliiij. Circūcinxit eum purpura opus
textile viri sapientis. Cōtexta est hec rubea purpu-
ra de multis gutt⁹ sanguineis a purpure nr̄o elici
tis. Purpur enim nostrū christus est sine virili se-
mine in claustris vteri virginalis conceptus desā
guie purificato a sancto spiritu: qui colorauit pur
puram istam. Et hanc regalē dignitatē etiā inuiti
[imponunt ei] in capite [plectentes] vt acu-
leorum acumen caput vndiq; pungeret [spineā
coronā] de iuncis spinosis valde acutos angu-
los habenti b: ostēdentes se esse spinetū: qui sic do
minū maiestatis pupugerūt. Esaie.ix. In spinas
z in vepres erunt.ij. Regū .xxiij. Preuaricatores
quasi spine euellent: que nō tangunt manu. sed si
quis voluerit eas tāgere: armabitur ferro z ligno
lanceato. Christus ei rex noster q̄uis manu sertic
nō defenderit: tamen adhuc armabit ferro iudicia
rie potestatis. z longe distans ab eis spacio imor
talitatis z impassibilitatis acuet dirā iram in lan
ceam. z euellet eos z dabit in ignē eternū. Sic er-
go spinetū (als spinatū) est caput regis nostri do-
cens eū spinis nostris esse compunctū. Malach.
iij. Si configit homo deū suū: quia vos cōfigitis
me. Cantico.iij. Egredimini filie sion: z videte re-
gem salomonē in diademate quo coronauit eū ma
ter sua. hoc est: Judeorū synagoga: spinis peccato
rum cōpungens caput ipi⁹. Inter has spinas flo
rent omnes qui in christi innocentia z humilitate et
patiētia reflorueruūt. Cant. ij. Sicut lilium inter spi
nas: sic amica mea inter filias. [z ceperūt salu
tare] p irrisionē regia salutatōe [dicentes] pro
brose [Aue rex iudeorū] Quia sicut dixerunt:
regnū voluit vsurpare iudeorum. Salutatio hec
nō est salutis impcatio. sed potius penarū z expro
brariōis inflictio. Esa.xxix. Appropinquat popul⁹
iste ore suo. cor autē eorū longe est a me. sine causa
colunt me. Hiere.xij. Prope es tu ori eorū: z lon-
ge a renib eorum. Tales autē sunt qui christum
voce predicant: et factis irrident. Titū.j. Cōfitent
se nosse deū: factis autem abnegant. [et pcutie-
bant] Tertiū Irrisoriū ē quod hic semiplene tā-
gitur: quia perfectius Matth. xxvij. cōtinet: Ubi
sic dicit. Dabant arundinē in dexterā eius. z genu
flexo ante eum illudebāt dicentes. Aue rex iudeo
rū. z expuentes in eum acceperunt arundinem: et
percutiebant caput eius. Arundinem autem da-
bant pro sceptro: significantes vacuum a deco-
re. et fragile esse regnum regis: qui seipsum non
defenderet. Nec autem arundo regnum est Ju-
deorum: in quo rex fuit dominus: iam vacuum
et fragile: et transferendum ad alios significabat.
Matthei.xxj. Auferetur a vobis regnum: z dabi-
tur genti facienti fructus eius. Et ideo Esaie.xxx
vj. dicitur de Rege iudeorum: q̄ innititur super
baculum arundineū: qui cum fractus fuerit intra
bit et perforabit manum innitentis super eum.
In regno autem christi nihil significat nisi arun-
dinis rectitudo. Unde Esaie.xl. Arundo mensu-
re erat in manu mensurantis templum. quod no-
ue gratie et nouorum sacramentorū significat in
stitutionem [z percutientes caput eius arū-
dine] Arundo hec sambucus fuit: que est arun-
do magna in exteriorib dura. z icibus suis li-
uores inducit plus q̄ moderatus baculus. Si-
cut philosophus dicit de pcussuris ferule que eti-
am ideo liuet in percussuris. quia dura valde est. z
non cedit in se quando percutit. Preterea Spine
erant in capite quas icibus arundinis necesse fu
it profunde pūgere caput domini Ps. cj. Percus
sus sum vt fenum z aruit cor meum [z conspue
bant eum] Irrisio Quarta ē Job.xxx. Facie me-
am conspuere non verentur. Sic conspuunt eum
qui blasphemant eū [z ponentes genua] Qui
ta irrisio est [adorabant eū] falsa z irrisoria ado
ratione Luc. xxij. Alia multa blasphemantes in eū
dixerunt Joan. xix. Milites plectentes coronam
de spinis imposuerunt capiti eius. z veste purpu-
rea circūdederunt eum. z veniebant ad eum z dice
bant Aue rex iudeorū. z dabant ei alapas.

Et postq̄ illuserunt ei exuerunt illum purpura: z induerunt eum vestimentis suis. et educunt illuz vt crucifigerent eum. Et angariauerunt quempiam pretereuntem simonem cyreneum venientem de villa patrem Alexandri et rufi vt tolleret crucem eius. Et perducūt eum in golgotha locum: quod est interpretatum caluarie locus. Et dabant ei bibere myrrhatū vinuz z non accepit.

Hic agitur de dñi crucifixione. Diuiditur autez
hec pars in Tres partes. In quarum Prima cō-
tinetur de Modo crucifixionis. In Secunda: de
Modo irrisionis crucifixi. Ibi [Et pretereuntes
blasphemabant eum] In Tertia autem describit
de Modo mortis Ibi [Et facta hora sexta z] In
Prima harum continentur Septem paragraphi
In quorū Primo describit auctor christi ad cru
cifigendum eductionē. In Secundo Loci in quo
crucifixus est horrorez. In Tertio Interiorē eius
afflictionem. In Quarto spoliationem. In Quin-
to Temporis congruitatez. In Sexto Tituli in-
scripti dignitatem. In Septimo Per latronum
societatem scripture impletionem Que per ordinē
plane continentur in littera. In Primo hor. Duo
dicuntur Scilicet Christi eductio. z Angariati si-
monis crucis christi portatio. Quattuor in Pri-
mo horum cōtinentur. Scilicet Purpure exuitio
Vestium suarum resumptio. Eductio. et Crucifi-
xionis proposita a iudeis intentio. Dicit igitur
[Et postq̄ illuserunt ei] Esaie.xxviij. Viri il-
lusores qui dñamini super populum meū qui est
in hierusalem [exuerūt eū purpura] ne regalē

vestem crucifixione fedarēt. Vestis autem huius
depositio: significat Judeorum depositionem: ne
amplius decore Judeorū regnum domus indua
tur. Lātico.v. Exui me tunica mea quomodo ī/
duar illa: [et induerūt eum vestimentis su
is] pauperculis quibꝰ antevertebatur. Zach.xiij. Je
sus erat indutus vestibus sordidis In suis ergo
eduxerunt eum. Et hoc est q̃ dicit [et educunt
eum] Sicut vitula rufa (cuius sanguis infereba/
tur intra sanctasanctorū) extra castra educebatur:
cum immolabat. Leuit.viij.z.ix.z Hebreorū.xiij
Quorum animaliū sanguis infertur ī sanctasan/
ctorum: horum corpora cremantur extra castra.
Propter quod z iesus vt sanctificaret per suū san
guinez populū: extra portam passus est. Exeamꝰ
igitur ad eū: improperiū eius portantes [vt cru
cifigerent] Nec enim erat intentio eorū: vt eum
z morte multarent: z cruce turparent. Sapie.ij.
Morte turpissima cōdemnemus eum [et anga
riauerunt] Secundū est prime partis. Est autē
sensus q̃ primo exiuit iesus in eum locum qui di
citur calvarie locus: baiulans sibi crucem. Sicut
dicitur Joannis.xix. Sed cū lassus esset sub pon
dere crucis: tunc [quendam] casu sibi obuium
Simonem cyrenensem angariauerunt vt crucem
portaret per vie residuum vsq̃ ad crucifixionis lo
cum. Et hoc est q̃ dicit [et angariauerunt] vio
lenta coactiōe [quēpiam] casu sibi obuium [ve/
nientem de villa] ad ciuitatez causa mercatio/
nis vel operis alterius [pretereūtem] se in via
qua educebant iesum. Et describit illuz Nomine:
z Patria z Cognatōe. quia omnia hec nota fue/
runt [Simonem] nomine [Cyreneum] pa/
tria: qz gentilis fuit [venientem] casu tunc tem
poris [de villa] habitatōis sue: ad ciuitatem san
ctam hierusalem [patrem] carnalem [alexan/
dri et rufi] quia illi noti erant apud eos: ne res
veniat in negationem [vt tolleret] portandam
[crucez eius] iam lassi iesu christi. Quod significa
bat q̃ gentilitas ab ipsis humeris ī mediate cru
cem susceptura erat ad redemptionez. Que z tene/
bras ignorantie extirparet. quod Alexander inter/
pretatur. Et totam ecclesiam de gentibus sangui/
ne suo decoraret. Qō significat Rufus. Et per o/
mnia merorem gentium per obedientiaz depone/
ret. quod interpretatur Simon Et heredes regni
sui faceret: quod interpretatur Cyreneus. Et cru/
cem christi in altum per penitentiā extolleret. Qō
sustollere crucem christi significat. Et ad hoc com/
pellerent Judei: per hoc q̃ verbum crucis reiece/
runt. quod significat angaria. Actuuz.xiij. Vobis
oportebat primū loqui verbum dei. sed quia repu
listis illud: z indignos vos iudicastis eterne vite.
ecce cōuertimur ad gentes. Sic enim precepit no/
bis dominus Esai. Quadragesimo scdo. Dedi te ī
lucem gentium: vt sis salus mea vsq̃z ad extremuz
terre [et perducūt eum in golgatha] Se/
cundus paragraphus Jn quo tangitur Horror
loci in quo crucifixus est dominus. Quid autē sit
golgatha. interp̄tatur Euangelista subdens [qō
est interpretatum] in latino [calvarie locꝰ]
vbi multe calvarie damnatorū hominū iacebant.
Est enim calvaria testa denudata pilis z pelle: qa
ibi per publicam iusticiā suspendio z decollatione
iacebant calvarie eorum plurime. Inter quos mo
ri voluit dominus: vt ostenderet q̃ pro peccatori/
bus moriebatur. quia ipsi in omnibus vilificare
eum intenderūt. Deuteronomī.xxxij. Jnuenit eum
in terra deserta in loco horroris z vaste solitudis.
Psalm̄. Octogesimoseptimo. Posuerūt me in la
cu inferiori in tenebrosis z in vmbra mortis. Nō
autez ideo dicitur calvarie locus: q̃ ibi sit sepulcra
calvaria Adam: quia illa in hebron sepulta est: vt
dicitur Josue. xvij. [Et dabant ei bibere]
Tertius est paragraphus: Jn quo ostenditur q̃
etiā interiora dulcissimi dñi amaricauerūt [z da/
bant] ex mala intentione: amaritudinē suam de/
clarantes [myrrhatū vinum] acidum: qō ama
ritudine Myrrhe amarius fecerunt: spongiam
implentes. Et spongiam sambuco arundineo cir/
cumponētes: quo ad os in alto crucifixi domini:
porrigerent. z ipsum felle miscuerunt. z isopo her/
ba amarissima circūposuerūt. Sicut dicūt Mat
theus z Lucas. Et hoc fecerūt quando dixit: Si/
tio. Hieremī.ij. Quomodo cōuersa es in amaritu/
dinem vinea aliena. Deuterono.xxxij. Vua eorum
vua fellis z botrus amarissimus. Fel draconū vi/
num eorum: z venenum aspidū insanabile. Et iō
sequitur [et non accepit] quia felleam amaritu
dinem in hominibꝰ: dulcis z rectus dominꝰ nun/
q̃ acceptauit. De quibus Actuum. viij. Jn amari/
tudine fellis z obligatōe iniquitatis video te esse.

Et crucifigentes eum diuise/ runt vestimenta eius: mittentes sortem super eis: quis quid tolle/ ret. Erat autem hora tertia et cru cifixerunt eum.

Quartus est paragraphus de Domini spolia/
tione. Jn quo tangitur z Truculentia in domini
spoliatione. z Auaricia in spolio. z Sors illicita in
diuisione spoliorū. Dicit igitur [Et crucifige
tes eum] truculenter z atrociter: non sunt cōten
ti multa mortis. Jmo [diuiserunt] sibi inter se
vestimenta sua [que tamen paupercula fuerūt
Et ī b̄ notatur auaricia eorū qui tammodica z pa
rum valentia cōcupierūt. Hieronymus: Ereden/
ti totus mundus diuiciarū est. infidelis etiaz obo/
lo indiget. Ezechielis.xiij. Violabunt me z popu/
lum meum: propter fragmentū panis z pusillum
hordei. Job Vicesimoquarto. Nudos dimittunt
homines: indumenta tollentes. quibus nō est ope
rimentum. Quia sicut tradūt Patres: totum de/
nudauerunt coram hominibus. Et pannum qui
in picturis eius circa lumbos eius repzesentatur
dicitur: q̃ virgo mater de velo sui capitis sibi cir/
cūligauit [mittentes sortem] Plenius ī b̄ nar/
ratur Joannis.xix. Ubi dicitur q̃ quattuor mili
tes sibi vestimēta diuisērt: vnicuiq̃z militi partem
z tunicam. Erat autem tunica incōsutilis desuper
contexta per totum. Et ideo dixerunt. Non scinda
mus eam: sed sortiamur de ea cuius sit. Psal.xxj.

Diuiserunt sibi vestimenta mea: z super vestē me/
am miserunt sortem. Est autem miranda patiētia
z dispēsatio misericordie saluatoris. Qui sicut agnꝰ
tondentem z occidentem se suo vellere vestit: Ita
se tondentes z spoliantes: z occidentes se: suo ve/
stitu vestiuit. ostendens q̃ nisi suis exemplis vesti
rentur. igno miniosa nuditas eorum esset coram
oculis dei z angelorum apparens. Ezech.xvj. Eras
nuda z ignominiosa z confusione plena z expan/
di amictuz meum sup te. Hoc est ergo q̃ dicit [su/
per eis] vestimentis [sortem mittentes] sor/
tiram [quid] de vestitu [quis] militum [tolle/
ret] in vius suos redigendo [Erat autem ho/
ra tertia] Quintus est paragraphus Jn quo tā
gitur hora crucifixioni congrua. Et hoc est qō di/
cit [Erat autē] tunc [hora tertia] ab ortu solis
que medium ascensum solis ostendit ad meridiez
Videtur autem cōtrarium id quod dicitur Jo.
xix. vbi dicitur q̃ erat hora q̃si sexta: quando sol est
in pūcto meridiei. Sed ad hoc dicit Beda z qui/
dam alij. q̃ hora Tertia crucifixus est coraz Pila
to linguis Judeorū. Hora autem Sexta suspen/
sus in ligno crucifixus est manibꝰ gentiliuz. Et sic
verificat vtrūnq̃z dictum z soluit cōtrarietatē. Alij
probabilius dicūt q̃ in veritate in hora tertia do/
minus iam cōdemnatus eductus erat. Et in hora
tertia incepta est crucifixio eius. z occupatis eis in
crucifixione: fluxit tempus in crucis erectionem. z
deinde ad crucem aptatione z conclauatione vsq̃z
ad sextam. Et in hora sexta crucifixio fuit consum/
mata. z ideo qō hic dicitur verum est de crucifixio
nis principio. Et qō dicit Joannes verū est de cru
cifixiōis ꝓsūmatōe. Et est sensus [Erat aūt] b̄ ē
esse incipiebat [hora tertia] z [crucifixerūt] b̄
est: crucifigere inceperūt eū Nec aūt hora ꝓueniēs
erat. qz exq̃ post meridiem Adam iā peccauerat et
abscōdit se: ut pritudinem suam cōsiderans a luce
presentie domini: oportuit q̃ ante meridiē tentatio
eiꝰ ageretur: z mulier ad consensum inducereturꝰ
que viro gustum necis obtulit Et ad hoc probabi
liter tres hore exigunt. Et sic tempus redemptiōis
conueniebat tempori traditionis. sicut lignum redē
tionis ꝓgruebat ligno traditionis. Eccli.iij. Omnia
tempus habent. z suis spacijs trāseunt vniuersa.
Hoc tempꝰ est qō cum desiderio patres expecta/
uerunt. Eccli.xxxvj. Festina tpus z memēto finis.
vt enarrēt mirabilia tua

Et erat titulus cause eiꝰ inscri/ ptus: Rex iudeorum

Hic est Sextus pagraphus: in q̃ honestas cau
se z innocētia dñi describit. Dicunt autez hic Tria.
Modus z Materia. z Virtus Modū notat cū
dicit [titulus] qō deriuatur a greco titan. quod
est radiꝰ. qz totū mundū suo lumīe tituꝰ iste irra
diauit. Erat ei sil z Memorialis. z Prononcial et
Triumphalis. Memorialis qui nunq̃z obliuio/
ne deleat Threñ.iij. Memoria memor ero. z tabe
scet in me anima mea. Propter hunc enim titulu
ponimus dominū super cor nostrū: vt nunq̃z ope
ris redemptionis obliuiscamur ad gratiarū actio/
nes. Lañ.viij. Pone me sicut signaculum sup cor
tuū. z sup brachiū tuum. qz fortis est vt mors dile
ctio Lañ.j. Fasciculus myrrhe dilectus meus mi/
hi inter vbera mea cōmorabit. Preconialis est vt
omni laude extollat Ecci.xliij. Magnificātes do/
minū q̃ntūcunq̃z poteritis supualebit adhuc Ps.
cxliij. Laudem dñi loquet os meum. z benedicat
omnis caro nomini sancto eius Ecci. xliij. Bene/
dicentes dñm: exaltate eum quantū potestis. ma/
ior est enī omni laude. Quis eum digne laudare va
leat opus redemptionis Jn quo Pater vt seruuz
redimeret: filiū tradidit. Jn q̃ Filius ꝓ suis seipm
in oblatōem obtulit. Jn quo Spūssanctus sancti
tate omnia complevit. Hic titulus eriaz triumpha/
lis est. in quo christus: de Morte z Mortis auc/
tore triuphauit. z Mortis carcerē ꝓfregit. z Su
os liberatos edūxit Esa.lxiij. Ego qui loquor iu/
sticiam. z ꝓpugnator sum ad saluandum Osee. xiij.
O mors ero mors tua: morsus tuus ero inferne.
Materia tangit cum dicit [cause eius] hoc ē:
causa pro qua crucifigebatur. Non enim vt homi
cida z seditiosus. sed potius vt suo cruore etiaz ho
micidas z seditiosos liberans. Qō barrabe significat
dimissio. z latronis in paradisum introductio
Joā.xix. Hec igitur est sibi causa passionis. Et iō
ꝗ significatur per agnum paschalem qui sua morte
captiuos liberauit. z suo cruore liberatos assecu/
rauit ab angelo percussore Exo. xij. [Inscriptus]
autem est vt nulla eum deleret obliuio Abachuch.
ij. Scribe visum. z erara eum super tabulas vt p/ 2
currat qui legerit. Erat autē vt Joā. xix. dicit. scri/
ptus Hebraice propter patrum religionem z vir/
tutem. Grece propter grecorum sapienciam. vt sci/
amus quod dicitur. j. Corinth. ij. Nos pdicamus
christum crucifixum: iudeis quidem scandaluz. gē
tibus autem stulticiam. ipis autem vocatis iude/
is atq̃z grecis christum dei virtutem z sapienciam
Latinus autem litteris scriptus fuit propter latino
rum potestatem z monarchiaz. vt sciamus quod
dicitur Matth.xxviij. Data est mihi omnis pote/
stas in celo z in terra. Sic ergo in titulo est perfe/
cto Virtutis z Sapientie z Potestatis. Virtutꝭ
ad bene viuendum. Sapientie ad bene intelligen
dum. Potestatis ad a contrarietatibꝰ se defenden
dum. Et ideo hic titulus corrumpi iudeis petenti
bus non potuit. quia spūssanctus non permisit
[Rex iudeorum] Hoc enim z non aliud obiij/
ciebant. erquia in hoc rhomano contradixisset ce/
sari. Sed spūssanctus hoc voluit vt honestas pas
sionis omnibus legentibus ostenderetur. Est enī
Rex fm diffinitiōes eorum qui de vrbanitatibus
tractauerūt: rector regni (quod est boni. hoc est bo
nesti: z delectabilis: z vtilis: nō sibi sed patrie) z le/
gum equissimaꝝ. z ordinis officiorum z finium
quibus beatitudo vite attingitur: perfecta potesta
te distributio. Unde Dionī. in libro de Diuinis no
minibꝰ. Regnum est omnis finis z legis z ordinis
distributio. Distribuitur autem a Rege omnia cō
tinente: quando vniuscuiusq̃z sua. z ea propria di/
gnitate quilibet ad sibi aptatur conueniens. z hec
nullus vnq̃z pfecit distribuens in mundo nisi chri
stus. z ideo dicitur Esa. xxxiij. Dominus legifer no
ster. dominus rex noster Niere. xxiiij. Hoc est no/

men quod vocabunt eum dominus iustus noster Iudeorum. Iustē dicitur: quia iudeus cōfitens et glorificans interpretatur: quia cōfessio et pulcritudo est in cōspectu eius. quia in talibus qui veritatem verbis operis: et iudicij et fidei bñt in ꝓfessiōe. in quibus gloria dei semper est in cōuersatione. regnat christus rex noster. Luce. j. Dabit illi dominus deus sedem Dauid patris eius: et regnabit in domo Jacob in eternum. et regni eius non erit finis. Huic titulo additur Joā. xix. Jesus nazarenus. Sed quia hoc in causam crucifixionis sibi non obijciebatur ideo hic non ponitur. Non enim negari poterat qn Jesus. hoc est: saluator esset: qui tot inania et corpore saluauerat. Nec obijciebat q iesus nazarenus esset qui inter eos germinauerat cum flore cōuersationis. Eccli. xxiiij. Flores mei fructus bonoris et honestatis. Hic igit est titulus

Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum a dextris et alium a sinistris eius. Et impleta est scriptura que dicit: Et cum iniquis reputatus est.

Septimus est iste paragraphus. In quo ꝗdem turpare intenderūt sed non poterant ad scripture et veritatis implenionem. Et ideo Duo ista simul hic dicuntur. et hoc est [Et cum eo] nō simili causa [crucifigunt duos latrones] pter scelera damnatos. Matth. ix. Non veni vocare iustos sz peccatores ad penitentiā. et ideo quos causam habuit incarnationis: hos socios voluit habere passionis [vnum a dextris] qui in fine penituisse dicitur. et Dismas vocari perhibetur Matth. xxv. Statuet oues quidem a dexteris: hedos autem a sinistris [et vnum a sinistris] qui in pertinacia remansit. et Hesmas vocatus esse dicitur. Prouer. iiij. Vias que a dexteris sunt nouit dominus. Peruerse autem q a sinistris sunt. Unde glosa Mat. xxiiij. Unus assumet et alter relinquet. Rhom. ix. Jacob dilexi: Esau autem odio habui. Luctatore enim in passionibus diligit. et reprobat eius q pter carnis molliciem ꝓiungit blasphemantibus. Hoc igit fecerunt vt infamem facerent ex societate crucifixorum [Et] tm sine voluntate ipsorum ad sua facta [impleta est scriptura] Esa. liij. [que dicit] puidens ista in spūsancto [Et cū impijs deputatus est] Littera Esaie. sic dicit. Pro eo q tradidit in morte animā suam: et cū sceleratis deputatus est. et ipse peccata multorum tulit. et pro transgressoribus orauit.

Et pterentes blasphemabant eum mouentes capita sua et dicentes: Vach qui destruis templum dei: et in tribus diebus reedificas Saluū fac temetipm descendens de cruce.

Tangit hic de Irrisione crucifixi. Irrisio autem hec facta est a Triboribus generibus hominum. Scz. Preteribus

eūtibus. Sacerdotibus. et Latronibus. Et sm hec Tria recipit diuisione. Irrisio pterentium habet Tria Blasphemia. Motus capitis. et Improperiuz in vbis Dicit igit [Et pterentes] Qui vagos in mundi vanitatibus significauit: stabiliter in veritate nō manentes Dicere. xxiij. Populus hic dilexit mouere pedes suos et dño nō placuit Job. xj. Uir vanus in superbia erigit. et tanq pullū onagri se natum liberū putat [blasphemabāt eum: dicentes] Jeū vtutee quas fecerat in pncipe demoniorū pfecisse Marc. iij. Qui blasphemauerit in spūsanctō: nō remittet ei neq hic neq in futuro Esa. j. Derelinquerūt dñm: blasphemauerūt scm isrl: abalienati sūt retrorsum [mouentes capita] in signū cōminationis et irrisionis. Unde Sennacherib dr Esa. xxxvij. Post te mouebit caput virgo filia sion. Et hec irrisio p cōminatiōem phetica est causa capitinitatis ipōrū. Caput circūitus eorū: labor labiorum ipōrū operiet eos. quia mouendo capita circūdabāt ipm [et dicentes] imperando [Vach] Interiectio est indignātis Job. xxxviij. Cum audierit sonitū buccine dicet vach [qui destruis templū dei] sicut dixisti Joā. ij. [et in tribus diebus reedificas] tua virtute que nunc tā infirma apparet Habacuch. iij. Ibi abscondita est fortitudo eius [Saluū fac temetipm] virtute quam de te in potestate reedificādi templū pdicasti [descendens de cruce] Sed isti nō cognouerūt q non venerat vt seipm tpaliter saluaret sed omēs. et ideo nō descendat de cruce: sed potius ascendat Jo. xij. Ego si exaltatus fuero a terra: omnia trahaz ad me ipm. Si serpens de palo deponit Num. xxj. nullus a morsu serpentis liberat Jos. iij. Sic Moyses exaltauit serpentē in deserto: ita exaltari oportet filiū hois. vt omnis qui credit in ipm nō pereat: sed habeat vitā eternam.

Similiter et summi sacerdotes illudentes ad alterutz cum scribis dicebant: Alios saluos fecit seipsuz nō potest saluum facere. Christus rex israel descendat nunc de cruce vt videamus et credamus. Et qui cum eo crucifixi erant cōuiciabantur ei.

[Similr et summi sacerdotes] Scda Irrisio e [illudentes ei] sic et pmo fecerāt in domo sūme pontificis [ad alterutz] in exultatōe [cum scribis] q nequā dederāt ꝓsilij [dicebāt] Prouer. ij. Letant cū malefecerint. et exultāt in rebus pessimis [Alios saluos fecit] hoc enim innegabile fuit Act. x. Pertrāsiuit bñfaciendo et sanando oēs oppressos a diabolo [seipm non potest saluū facere] qr alios nō saluaret nisi seipm nō saluando Sic Pelicanus q nō saluat pullos nisi seipm nō saluādo Ps. ci. Similis factus sum pelicano solitudinis [chrs rex isrl] sic Supple ipe de se dicebat Qui christus omnia reformabit: et saluabit. Sed isti scripturā dissimilāt que dicit q et chrs saluabit

p mortem. Thren. iiij. Ante faciē nrām chrs dominus captus est in peccatis nostris cui dicimus: In vmbra tua viuemus inter gētes [descendat nūc de cruce] Imo sm intentionē nostre salutis et aliter se in cruce [vt videamus et credamus ei] hoc est: vt videamus vtutem ipius et sic credamus ei. Luce. iiij. Utiq dicetis mihi hanc similitudinem. Medice cura teipm. Nos audiuimus quia vidimus effectū crucis. et ideo credimus ei. j. Lor. j. Placuit deo p stultitiam predicationis saluos facere credentes. Sal. vj. Mihi aūt absit gloriari nisi in cruce domini nostri iesu christi. p quē mihi mundus crucifixus est et ego mundo. Uñ eccl'ia cantat Nos autē gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi i quo est salus vita et resurrectio nostra p quem saluati et liberati sumus [Et qui cuz eo crucifixi erant] latrones [cuiciabantur ei] Et glosa dicit q plurale ponit pro singulari. quia vnus latronū cōuiciabatur ei: sicut dicit Luc. xxiij Alter aūt corripuit eum dicens. Neq tu times deum q in eadez dānatione es: et nos qdem iuste. nā digna factis recipimus. hic autem nihil mali fecit. Tamen veritas historie fuit q pmo ambo christo cōuiciabant. et postea visis signis que fiebāt alter conuersus est et tunc veniā impetrauit. Habacuch iij. In medio duum animaliū cognosceris. hoc est bruta liter et animaliter viuentiuz. Hoc est igitur quod dicit.

Et facta hora sexta tenebre facte sunt per totam terram vsqz in horā nonam

Tangitur hic de Modo mortis domini. Dicitur autem Tria. Scz. Elementorū siue mundi in morte christi dispositio. Moriētis in clamore oñsio et Lorū que mortem christi testabant se sustinere non posse aperta confessio. In Primo dicit [Et facta hora sexta] quando lux clarissime anie christi est mundo subtracta [tenebre facte sunt] visibiles exterius p totam terram iudeorū et etiā amplius. Unde Origenes in glosa sup Exodū vbi adaptat plagas egypti operibus recreationis: dicit. Q sicut p totam terram egypti tenebre facte sunt p triduum p totam terrā egypti. excepta terrā gessen in qua habitabāt iudei Sic in passiōe domini per tres horas facte sunt tenebre p solam terram iudeorū et nō alibi. Sed hoc stare non videtur. quia dicit Dionysius i epistola ad Apollipbanū q tenebre ille extendebant vsqz ad phrigiam vbi fuit troia. et hoc lōge est vltra terram iudeorum. Adhuc autem has tenebras apud heliopolim ciuitatem egypti Dionysius cum apollipbanio cōspexit. In hora autez tenebrarū Dionysius ꝓcordat cum his que hic dicuntur. Tenebrarū autem modus vt dicit Dionysius iste fuit. q luna cum esset qntadecima ram in circulo deferenti q in circulo eqnoctiali a sole multum destitit. Cum eim esset qntadecime sm gradus eqnoctialis numerando: a sole in lunam destitit p centuz et tres gradus de gradibus equinoctialis. qatredecim gradibus plus destitit a sole q per medium celi. In gradibus aūt deferentis circuli a deferēte sole destitit p medium deferētis. et p spaciū motus vnius diei. et hec duo spacia infra momentū rediuit. et se soli supposuit maiori oppositōe q facere potuit. qr Diony. dr. q ethiopicis velis totū solē obtenebrauit. et aū spaciū (al's tps) respiritū totū illō spaciū rediuit in locū quē naturaliter tenuit. et sic in circulo equinoctiali dies motus reflexiuos fecit in q necesse fuit duas qtes intercidere. qd sm oēm naturā est impossibile. Preterea infra nonā et duodecimā horā cūdo ad solē et recedendo spaciū centū et triū graduū bis pegit. qd est ducenti et ser gradus qd est aliō impossibile: cū in spacio triū horarū non pagat luna naturali cursu: parū plus q duos gradus. Adhuc aūt in vna pte circuli. et rediuit ad solem et recessit ab ipo ad locū suū. qd cratoribus aliis maius incōueniēs. pter qd querēs Diony. ab Apollipbano dixit. O speculū doctrine Apollipbani. qd his secretis ascribis: et rñdens apollipbanus Dionisio dixit. O bone Dionysi. Dicintūrie sunt diuinarū rerū. Nec aūt oia sicq subtiliter inspiciat dicta Dionysij ad apollipbanū pticnēt Amos. viij. Occidet sol in meridie. et tenebrescere facia terrā in die lumis Joel. ij. Sol et luna obtenebrati sunt. et stelle retraxerūt lumē suū. qr si luna se soli supposuit. sicut dr Dionysius: tūc oportuit lunā eē tenebrosam et sic oportuit q in triboribus nulla et nouacular siue monoides. et panselenos siue plena. et amphitrios: hoc est: plus q plena appareret Job. v. Per die incurrēt in tenebras. et q si nocte sic palpabūt in meridie. glo. Sol refugit. qz ñ poterat videre mortē chri. et collaborabat laborāti. Uel ne impij blasphemāres sua luce fruerent [vsqz ad horā nonā] Qd qdā dicūt ß eē miraculū q p tres horas eclipsis duraueritis nō esse satis pspecte dictū. qz eclipsis p tres horas durare poterit. sed illa q ad diximus ex altāt istud miraculū sup oñia miracula que facta sunt de celo.

Et circa horā nonā exclamauit voce magna Jesus dicens: Eloi eloi lāma esebthani: qd est interptatū deus meus deus meus: vt qd dereliquisti me. Et quidā de circūstātibus audiētes dicebāt: Ecce helias vocat. Currēs aūt vnus et implens spongiā aceto circūponens qz calamo potū dabat ei dicēs: Sinite: videamus si veniat helias ad deponendū euz. Jesus aūt emissa voce magna expirauit.

[Et circa horā nonā] et tpe q in pcis abscōsuz iclamauit Adā. Dic aūt Duo dicūt. Scz Clamor chri. et Peruersus intellectus clamoris. Dicit igit [Et circa horā nonā] qū a pncipio clamauerat Adā vbi ea Gen. iij. [clamauit voce magna] pcem inclamādo: qd tāte mortis et miserie cā fuerat [dicens] in clamore [Eloi eloi lāma esebthani] et ß eu agelista latinis interpretat vbis dicēs

qd̃ est interptatuz latine[De⁹ me⁹ de⁹ me⁹]bis
dr:de⁹ me⁹.qz de⁹ est pater ꝓm deitatē p generati⁄
onē eternā.z de⁹ filij⁹.b̃ est:ꝓm humanitatē.qz fecit
eū ꝓm generationē maternam(al's humanaz)[vt
q̃d]hoc est:q̃re Acſi dicat.q̃nefaria z tibi molesta
res erat.p q̃[me]vnigenitū tuuz sic[dereliqui⁄
sti]vt me rātur pe z acerbe morti exponeres. Lra
nostra habet.De⁹ deus meus q̃re me dereliquisti
Et addidit Esdras qd̃ Dauid subticuerat:vba dili
ctoꝝ meoꝝ.b̃ est. Hec sunt vba delictoꝝ eoꝝ qui
sunt mei q̃s ego redemi.qz(al's z).p delictis coꝝ z
facta sunt z dicta. Et attēde q̃ in isto clamore ñ ad
huc erāt tenebre.z ideo q̃s dictū est: accipiendū est
p anticipationē[Et q̃dam de circūstantib̃]
rhomanis militib̃ q̃ hebreā linguā nō itelligebāt
[dicebāt:Ecce heliā vocat]putantes q̃ eloi
sonare tidē qd̃ helias.ꝓter q̃ndam affinitatē soni
[Currēs aūt vn⁹]q̃ p ceteꝝ curiosiꝝ erat[im⁄
plēs spongiā]potu ꝓfortante[aceto]qd̃ pene
tratruū erat.vt interiorē sitim extinguerei[circū⁄
ponēsqz]spōgiaz[calamo]sambuci.q̃usqz ad
os chri prigere possz[potū]q̃ ꝓfortaret[dabat
ei]Nō pietatz sed curiositatz causa[dicēs]ad cō
socios[Sinite]a tormentis.cessare paulisp[vi
deam⁹]p experimentū[si veniat helias]q̃ i an⁄
recessoꝝ chri ventur⁹ esse p̃dicabat ꝓphēta. Ma⁄
lach.vl.[ad deponendū eū]de cruce. Ps. De⁄
derūt in escā meā fel z in sitī mea potauerūt me ace
to[Jesus aūt]intēdēs opi nſe redēptionis:nō i
clamationē insultantiū[emissa voce magna]
q̃ magne vtutis adhuc erat indiciū[expirauit]
b̃ est:in man⁹ pīis spm̃ tradidit. Luce.xxiij. Pat
in man⁹ tuas cōmēdo spm̃ meū. Jo.xix.Cū accepis
set acetū dixit.Cōsumatū est.z inclinato capite tra
didit spm̃. Et tunc tenebre facte sūt p totā terrā.De
q̃bus dicit Hiero.in glo. Dic adest noe inebriat⁹
ac nudat⁹.celo ac terra tenebroso pallio tect⁹.z ab
hoīe irrisus. Hic stillauit de ligno sanguis. Noe
em̃ chrm̃ significauit Ebrietas ei⁹ ebrietatē amo⁄
ris in passiōe.vt q̃si sui oblit⁹ videret. Nudat⁹ aūt
est spoliatione militū.rect⁹ aūt tanq̃ duob̃ filijs:
celo lumē terrabētre.z terra:vmbras expandētre.ne
nudat⁹ oculis irrisoꝝ appareret Hic est irrisus a
cham imitatoribꝫ. Hic de ligno cruc stillauit san⁄
guis redēptionis de ligno vite qd̃ est chrus. Pro⁄
uer.iij. Lignū vite est bis q̃ apprehēderint eā.z q̃ te
nuerit eā beatus.

Et velū tēpli scissum est in duo a summo vsqz deorsum.

Tangit chri mortē ꝓsequtia. Et sunt Duo. Aper
tio secretoꝝ.z Cōuersio infidelitū. De Primo dicit
[Et velū]qd̃ a velando dicit[tēpli] qd̃ distin⁄
guebat terā a scrissanctoꝝ. Et de velo isto dicit He
breo.ix. Hoc significāte spūsancto nōdum ꝓpalatā
esse viaz sctōꝝ adhuc ꝑoni tabernaculo habētre sta⁄
tum.sed mō scisso velo significat q̃ in morte chri
via ad sctāsanctoꝝ est ꝓpalata. Apoc.xj. Apertū est
templū dei in celo.z visa est arca testamenti eius in
templo ei⁹.q̃ omnia ꝓtinent sacra nostre redēptionis
Hic em̃ est tota noui testamēti[in duas pres]
Credentiū iudeoꝝ z Fidelitū gentiuz. Rbo.iij. An
iudeoꝝ deus tm̃:nōne z gentiū:q̃m q̃dem vn⁹ de⁄
us est q̃ iustificat circūcisionē ex fide.z ꝓputium p
fidem[a summo vsqz deorsum]b̃ est:a maxi⁄
mo vsqz ad minimū. Vel a lra vsqz ad spm̃.ij. Lo
rinth.iij. Nos oēs reuelata facie gliam dñi speculā⁄
lantes in eandē imaginē trāsformamur

Videns aūt centurio q̃ ex aduer⁄
so stabat:qz sic clamās expirasset:
ait. Vere hic hō filij⁹ dei erat

Ecce Cōuersio infidelitū q̃ ante velū babebāt su⁄ z
pra coꝝ coꝝ. Centurio aūt fuit qui centū sub se ha⁄
bebat milites.z erat gentilis[Videns autē cen
turio qui stabat ex aduerso]Ordinans eos
q̃ occidebant dānatos.z[videns]ea q̃ fiebāt:vt
dicit Luc.xxiij. Quia sic clamās In tenebris z scis
sura petraꝝ.z monumētoꝝ aptione:Diuisione ve
li templi.z marie in clamore valido vocis:q̃ in mo
rientib̃ acui solet Heb.v.Cum clamore valido z
lachrymis offerēs pces supplicationesqz ad deum
z ꝓ crucifixoribꝫ Lu.xxiij. Pater ignosce illis q̃a
nesciūt q̃d faciunt. z[q̃ sic clamās expirasset]
qd̃ mirāde pietatis esse videbat[ait: Vere]licus
ꝓbant ista ꝓdigia[hic homo]qui in humanitaz
te apparuit extra.int⁹[filius dei erat]Aliter em̃
tanta gloria dei in morte ei⁹ nō appareret. Jo.j. Vi
dimus gliam eius:gliam quasi vnigeniti a patre
Et ideo dicitur Lu.xxiij.q̃ alij etiam videntes per
cutientes pectora sua reuersi sūt in ciuitatē.

Erant autem z mulieres delon⁄
ge aspiciētes:inter quas erat Ma⁄
ria magdalene:et Maria Jacobi
minoris z ioseph mater z salome.
Et cum esset in galilea sequeban⁄
tur eum z ministrabant ei. et alie
multe que simul ascēderāt cum eo
hierosolymā M

Hic agitur ō domini sepultura. Et habz Tres
partes. In quarum Prima Descriptio ponitur
eorum qui officium funeri domini impenderunt
pietatis. In Scōa Qualiter impetratum fuit a pi
lato. Modus describitur impetrationis Ibi.[Et
audacter introiuit]In Tertia ponit Modus se⁄
pulture Ibi.[Joseph autē mercatus tē.]Adhuc
autem in Prima haruz Duo dicunt. Scz. Descri
ptio sanctaruz feminarum. z Descriptio Joseph
q̃ chrm̃ sepeliuit. Mulieres āt describūt i Speci
ali z in Gñali. In Speciali a Triby. B Diligentia
obſuatōis. A Noiby. z Ab Obsequio pietatis.
Dicit igitur]Erant autem mulieres]affectu
pietatis flentes[delonge]extra turbam stantes
primo:postea autem alijs reuertentibus in ciuita
tem cōpunctis:audaciam accipientes z ad crucez
accedentes. Unde Jo.xix. Stabant aūt iuxta cru
cem Jesu mater eius:z sorozz matris eius Maria
deophe z Maria magdalene[aspiciētes] que
fiebant z circa dominum z in passionibus z pro⁄
digia que ostendit deus. Et tangit descriptionem

earū in Speciali[inter q̃s erant Maria ma⁄
gdalene]qz multe fuerūt.Sz iste erāt inter eas
pncipales. Maria magdalene dñi iesu dilectrix p⁄
cipua. Lu.vij. Dimittunt ei peccata multa q̃m dile
xit multum. Luce.viij. De qua septem demonia ex
ierāt[z Maria mater iacobi minoris]apo⁄
stoli[et]hec eadē erat[mater ioseph]q̃ cogno⁄
minabat barsabas. siue iustus: Qui fuit vnus de
discipulis post⁹ ad sortes cū Matthia. Act.j.[z]
maria[salome]filia que erāt sorores beate v̄ gi⁄
nis z matertere dñi[Et cum esset]domin⁹[in
galilea]p omne tem⁹ sue predicatōis[seque
bāt eum]ꝓter doctrinam[z ministrabāt ei]
de facultatib̃ suis. Luce.xviij. Et hec est Descptio
ab Obsequio pietatis. Uñ de bona vidua dicit.j.
Timo.v. Si sanctoꝝ pedes lauit.si hospitio rece⁄
pit.si omē bonuz opus subsecuta est[z alie mul
te]Descriptio est in generali siue cōmuni[q̃ simt
cum dñō ascendērāt]ad diem festū ad quē to
ta terra ascendere tenebat ex lege. Exodi.xxiij.z hoc
est[cum eo]iesu[hierlm]sicut Joāna z Susā
na vxor chusi ꝓcuratoꝝ herodis.z q̃bus dixit do
minus Luce.xxiij. Filie hierusalem nolite flere su⁄
per me:sz sup vosipas flete.quia si in viridi hec fa
ciūt in arido q̃d fiet:

Et cum iam sero essz factum:qz
erat parasceue quod est ante sab⁄
batum venit ioseph ab arimathia
nobilis decurio:q̃ z ipe erat expe⁄
ctans regnū dei.

Hic describitur Pietas Joseph ab arimathia
qui in nullo a vtutibus predecessoꝝ nominis sui
minoꝝ apparuit. Sicut em̃ Joseph patriarcha ca⁄
pitalitatem z venditionē christi.z salutem gentiuz
p chrm̃ facraz. vtutib̃ suis p̃figurauit.z Sic Jo⁄
seph nutritius domini diligenter obsecutus fuit.
ita iste nunc paritꝫ vtutib̃ mortuo dño officium
funeris impēdit. Describit autē in hoc illustri viro
Temporis ad obsequendum congruitatem. Fi⁄
delitatē: Nominis non vacuam ꝓietatem: Sen⁄
tē Generis nobilitatem: Dignitatē: z Religionez
Quib̃ dign⁹ habitus est ad obsequēdū tanto fu⁄
neri. Dicit igitur in Tempore Tria. Diei passiōis
complementū: Temporis negocium.z Futuri tē⁄
poris pfectum sabbatum. Dicit ergo[Et cum
sero factum esset]Toto die pfecto in opere no⁄
stre redemptionis.quod ad illud sero pfectuz erat
Deutero.xxxij. Date magnificentiam deo nostro.
Dei perfecta sunt opera. Hec est oratio vespertina
quam pro nobis christus obtulit que ad patrem
ascendit. Ps.cxl. Eleuatio manuū meaꝝ sacrifici⁄
um vespertinum. Hic est pinguis agnus qui cata
vespere est oblatus. Exodi.xij. Sero em̃ hoc est cō
plementū nostre redēptōis. In Vigilia enim ma
tutina captus est.z Illusus fuit coram pontifici⁄
bus. In Prima productus Pilati pretorio z ac
cusatus. In Tertia cōdemnatus. In Sexta mor
tuus. In Nona adhuc remāsit in cruce distensus
In Vespera deponitur.ideo completo opere no⁄
stre redemptionis: in Completorio sepultus. In
sero ergo vesperarum istud fuit Ruth.ij. De ma⁄
ne vsqz ad nunc stat in agro.z nec ad momentum
quidem domum reuersa est. Ad litteram. Sapi⁄
entia dei sic in agro ante portam ciuitatis suspen⁄
sa steterit.nec ad momentum se passionibus subtra
bens:donec perfecit redemptionem[quia para⁄
sceue erat]Describit Tempus a Negocio tem⁄
poris. Parasceue enim grece. latine sonat prepa⁄
ratio.quia tunc necessaria ad sabbatum sequens
preparabantur. Sicut etiam Exodi.xvj. domi⁄
nus precepit. q̃ Sexta feria duplum mannatis
colligeretur. ꝓter sabbatum futurum. Tunc etia
m Joseph ille p̃parabat quieti domini in sepul⁄
cro necessaria. Preparando sepulcrum:z Mercā
do syndonem.z Cum nicodemo parando mixtu⁄
ram myrrhe.z aloes quasi libras centum.sicut di
citur Joan.xix.j. Paralip.vlcimo. Omnis hec co⁄
pia quam paramus:vt edificetur domus.hoc est
sepulcrum:nomini sancto tuo.de manu tua est.et
tua sunt omnia. Scio domine q̃ simplicitatem di
ligas.z probas corda. Unde z ego in simplicitate
